ΑΡΧΙΜΗΔΟΥΣ
ΤΟΥ
ΣΥΡΑΚΟΥΣΙΟΥ

Ψαμμίτης,

καὶ Κύκλου Μέτρησις.

ΕΥΤΟΚΙΟΥ ΑΣΚΑΛΩΝΙΤΟΥ,

εἰς αὐτὴν ὑπόμνημα.

ARCHIMEDIS
SYRACUSANI

Arenarius,

Et Dimensio Circuli.

EUTOCII ASCALONITÆ,

in hanc Commentarius.

Cum Versione & Notis *Joh. Wallis*, SS.Th.D.
Geometriæ Professoris Saviliani.

OXONII.

E Theatro SHELDONIANO. 1676.

Lectori Præfatio.

ANte annos jam aliquot publice teſtatum fecimus, nobis in animo fuiſſe editionem veterum omnium Mathematicorum hic loci adornare, & typis noſtris excudere. In eam porro rem, ſcriptores pro ſeculi in quo vixerunt, & Argumenti quod tractarunt ratione, in claſſes atque ordines diſtinximus; adnotatis ſubinde neotericorum inventis, quæ aut artem promoverent, aut laboris compendia facerent. Quinimo Bodleianæ, Savilianæ, aliarumque noſtratium Bibliothecarum, quæ MS codicibus abundant, Scrinia excuſſimus; cumque ineditorum exemplaria quædam ibidem deſiderarentur, viris idoneis in partes exteras tranſmiſſis, de iiſdem procurandis ſategimus. Nominatim *Apollonii Pergæi* tres libros poſteriores Arabicè, & *Serenum* de Sectione Cylindri atque Coni Græcè, Lugduni & Pariſiis tranſcribendos curavimus. In-

ſuper cum conſultiſſimum videretur ut *Euclides* agmen duceret, illius rei curam fidei Eruditiſſimi noſtri D^ni^ *Edv. Bernardi* Profeſſoris Aſtronomiæ Saviliani commendavimus; qui non ſolum omnes intendebat nervos, ut liber ipſe omnibus numeris abſolutus prodiret, ſed ſuis ſumtibus diagrammatum totius operis formas eleganter delineandas & exculpendas curaverat, ſpecimine paginarum aliquot Typis inſuper commiſſo.

Sed poſt hæc omnia, cum conatus noſtri tantum aberant ut Mœcenatem ſortirentur, ut vix laudatorem unum aut alterum invenirent, conſilium hoc ceu prorſus deploratum ultro depoſuimus. Nihilominus ut cognoſcerent ſtudioſi, quam minime ſupervacua futura eſſet illa opera quæ in veterum ſcriptis collocatur, placuit nunc temporis, breves hoſce *Archimedis* tractatus, una cum *Eutocii* in eorum alterum Scholiis, ex recenſione Doctiſſimi noſtri D^ni^ D^ris^ *Wallisii*, Profeſſoris Geom. Saviliani, in lucem emittere; quibus

tot

tot mendæ olim irrepſerant, quot fuerant voces, quarum pleræque non tam Criticum aut Grammaticum videbantur deſiderare, quam vatem & hariolum.

Revera literata Pubes haud alibi honeſtius ſe quam in hac Arena exercuerit, quæ terrarum orbis molem conficit una & deſignat. Cœlos intueri leve quiddam eſt, cum inſuper concedatur eoſdem metiri & limitibus præfinitis claudere; nec terras pedibus ſubjectas jactare par erit, cum liceat nobis non illas modo, ſed diffuſam Univerſi machinam calculis ſubjicere, & tanquam rem familiarem in numerato habere. Nec certe illuſtriore ſpecimine ſe facile Matheſis oſtentaverit, quam in ſcriptis iſtis; ubi, ceu partitâ ex æquo victoriâ, Arithmetica & Geometria de rerum Natura pariter triumphant; ſiquidem altera Univerſi molem numeris ſuis, altera ejuſdem ambitum lineis coërcet.

Ceſſent ergo prætextati Juvenes, luxu & ignavia ævum tranſigentes, rus paternum

ternum & hæreditaria jugera magni æstimare; ad facultates ampliores, in quas fortuna jus non habet, Musæ & Artes vocant: orbem terrarum intelligendo suum facere poterunt, & sapiendo astris dominari; perfruentur opibus quascunque non concupiscunt; omnia possessuri sunt quibus libenter carere didicerunt: demum, qui propriis affectibus imperaverint, latius dominabuntur, quam qui Cives ad frena perduxerint, aut Hostes sub jugum miserint.

Præfationis auctor est J. Fell

In Arenarium Archimedis.

Conflatum ex micis Epicurus credidit orbem,
Maximaque in rebus polline creta levi.
Verum atomos, quot terra capit, quot inania cœli,
Dicere, ut ex numero granula nulla cadant,
Hoc opus, hoc comti superat Doctoris acumen,
Parque Syracosio calculus ingenio est.

E. Bernardus.

ΑΡΧΙΜΗΔΟΥΣ
Ψαμμίτης.

ARCHIMEDIS
Arenarius.

Ἀρχιμήδους Ψαμμίτης.

Οἴονται τινὲς, βασιλεῦ Γέλων, τοῦ ψάμμου τὸν ἀριθμὸν, ἄπειρον εἶμεν τῷ πλήθει. Λέγω δὲ, οὐ μόνον τοῦ περὶ Συρακούσας τε καὶ τὴν ἄλλαν Σικελίαν ὑπάρχοντος· ἀλλὰ καὶ τοῦ κατὰ πᾶσαν χώραν τάν τε οἰκημένην καὶ τὴν ἀοίκητον. Εἰ τινὲς δὲ αὐτὸν ἄπειρον εἶμεν οὐχ ὑπολαμβάνονται· μηδένα μέν τοι ταλικοῦτον κατωνομασμένον ὑπάρχειν, ὅστις ὑπερβάλλει τὸ πλῆθος αὐτοῦ. Οἱ δὲ οὕτως δοξάσδοντες· δῆλον ὡς, εἰ νοήσαιεν ἐκ τοῦ ψάμμου ταλικοῦτον ὄγκον συγκείμενον εἶμεν, ἁλίκος ὁ τᾶς γᾶς ὄγκος, ἀναπεπληρωμένων ἐν αὐτῷ τῶν τε πελαγέων πάντων, καὶ τῶν κοιλωμάτων τᾶς γᾶς ἴσον ὕψος τοῖς ὑψηλοτάτοις τῶν ὀρέων· πολλαπλασίως μὲν ἡγῶντο, μηδ' ἐν ἀχαρεῖ ἔμμεναι ὑπερβάλλοντα τὸ πλῆθος αὐτοῦ·

Ἐγὼ

Archimedis Arenarius.

Existimant quidam, Rex Gelon, arenam esse multitudine inf:

SEntiunt nonnulli, Rex Gelo, Arenæ numerum, esse multitudine infinitum. Illam volo, quæ non modo Syracusas reliquamque Siciliam, sed & regionem omnem, qua inhabitatam, qua non inhabitatam adjacet. Quique non infinitum illum esse præsumunt; præsumunt saltem, non tantum ullum esse numerum nomen sortitum qui illius superet multitudinem. Qui vero ita opinantur : certum est, si tantam Arenæ molem congestum iri mente conciperent, quanta foret Telluris moles, repletis inibi tum pelagis omnibus, tum Telluris cavitatibus ad summorum usque montium altitudinem ; multo magis existimaturos, non in promtu esse numerum qui hujus multitudinem superaret.

Ego vero id acturus ſum, ut demonſtrationibus oſtendam geometricis, quibus & Ipſe aſſentiaris, inter numeros à nobis nomine inſignitos, & in eis quæ ad Zeuxippum ſcripſimus expoſitos, eos eſſe qui numerum ſuperent, non modo illius arenæ quæ Tellurem ſicut diximus repletam æquet magnitudine, ſed & quæ magnitudine æquet Mundum ipſum.

Mundum autem, à pleriſque Aſtrologis appellatam intelligis Sphęram illam, cujus centrum idem eſt atque Telluris; rectaque ex centro (*quam ſemidiametrum vocant*,) æqualis ei quæ centrum Solis & Telluris centrum interjacet. Hæc utique in ſcriptis contra Aſtrologos Hypotheſibus diſcutiens Ariſtarchus Samius ſcripto edidit, in quibus ex poſitis colligitur Mundũ multis vicibus majorem eſſe eo quem modo diximus.

Ponit enim ille tum inerrantia Sydera, tum Solem ipſum, immotos

Ἐγὼ δὲ πειρασοῦμαι τοῦτο δεικνύειν δι' ἀποδείξεων γεωμετρικῶν, αἷς παρακολουθήσεις, ὅτι τῶν ὑφ' ἁμῶν κατωνομασμένων ἀριθμῶν, καὶ ἐνδεδομένων ἐν τοῖς ποτὶ Ζεύξιππον γεγραμμένοις, ὑπερβάλλοντί τινες, οὐ μόνον τὸν ἀριθμὸν τοῦ ψάμμου τοῦ μέγεθος ἔχοντος ἴσον τᾷ γᾷ πεπληρωμένᾳ καθάπερ εἴπαμεν, ἀλλὰ καὶ τὸν τοῦ μέγεθος ἴσον ἔχοντος τῷ κόσμῳ.

Κατέχεις δὲ ὅτι καλεῖται Κόσμος, ὑπὸ μὲν τῶν πλειόνων ἀστρολόγων, ἁ σφαῖρα ἇς ἐστὶ κέντρον μὲν τὸ τᾶς γᾶς κέντρον, ἁ δὲ ἐκ τοῦ κέντρου ἴσα τᾷ εὐθείᾳ τᾷ μεταξὺ τοῦ κέντρου τοῦ ἁλίου καὶ τοῦ κέντρου τᾶς γᾶς. Ταῦτα γὰρ ἐν ταῖς γραφομέναις παρὰ τῶν ἀστρολόγων διακρέσεις Ἀρίσταρχος ὁ Σάμιος ὑποθεσιῶν ἐξέδωκεν γράψας· ἐν αἷς ἐκ τῶν ὑποκειμένων συμβαίνει, τὸν κόσμον πολλαπλάσιον εἶμεν τοῦ νῦν εἰρημένου.

Ὑποτίθεται γὰρ, τὰ μὲν ἀπλανῆ τῶν ἄστρων, καὶ τὸν ἅλιον, μένειν ἀκί-

νητον· τὴν δὲ γῆν περιφέρεσθαι περὶ τὸν ἅλιον, κατὰ κύκλου περιφέρειαν, ὅς ἐστιν ἐν μέσῳ τῷ δρόμῳ κείμενος· τὴν δὲ τῶν ἀπλανῶν ἄστρων σφαῖραν, περὶ τὸ αὐτὸ κέντρον τῷ ἁλίῳ κειμέναν, τῷ μεγέθει ταλικαύταν εἶμεν, ὥστε τὸν κύκλον καθ' ὃν τὰν γᾶν ὑποτίθεται περιφέρεσθαι, τοιαύταν ἔχειν ἀναλογίαν ποτὶ τὰν τῶν ἀπλανῶν ἀποστασίαν, οἵαν ἔχει τὸ κέντρον τᾶς σφαίρας ποτὶ τὰν ἐπιφάνειαν. Τοῦτο δὲ εὔδηλον ὡς ἀδύνατον ἐστίν. Ἐπεὶ γὰρ τὸ τᾶς σφαίρας κέντρον οὐδὲν ἔχει μέγεθος· οὐδὲ λόγον ἔχειν οὐδένα ποτὶ τὰν ἐπιφάνειαν τᾶς σφαίρας ὑπολαπτέον αὐτό.

Ἐκδεκτέον δὲ τὸν Ἀρίσταρχον διανοεῖσθαι τόδε. Ἐπειδὴ τὰν γᾶν ὑπολαμβάνομεν ὥσπερ μὲν τὸ κέντρον τοῦ κόσμου· ὃν ἔχει λόγον ἁ γᾶ ποτὶ τὸν ὑφ' ἁμῶν εἰρημένον κόσμον, τοῦτον ἔχειν τὸν λόγον τὰν σφαῖραν ἐν ᾇ ἐστὶν ὁ κύκλος καθ' ὃν τὰν γᾶν ὑποτίθεται περιφέρεσθαι, ποτὶ τὰν τῶν ἀπλα-

conſiſtere: Tellurem vero, in circuli circumferentiâ circa Solem ferri, in curriculi medio ſitum: ipſamq; Syderum innerrantium ſphæram, eidem cum Sole centro circumpoſitam, tantâ eſſe magnitudine, ut circulus quo Tellurem ponit circumferri eam habeat proportionem ad inerrantium diſtantiam, quam ſphæræ centrum habet ad ſuperficiem.

Hoc autem omnino conſtat fieri non poſſe. Quippe cum ſphæræ centrum nullam habeat magnitudinem; neque ullam ad ſphæræ ſuperficiem habere rationem concipiendum eſt.

Cenſendus autem eſt Ariſtarchus hoc intelligere: nempe: Cum Tellurem concipiamus tanquam mundi centrum; quam habet rationem Tellus ad illum quem nos Mundum dicimus, eam habere rationem Spheram illam in qua circulus eſt quo Tellurem ponit circumferri, ad inerrantium ſtellarum ſphæram;

phæ-

phænomenis sic positis, demonstrationibus confirmatum it. Maximeque hoc constat, quod Sphæram illam, qua Tellurem moveri vult, magnitudine præsumat æqualem illi quem nos Mundum dicimus.

Quin dicimus; Si ex Arena fieret sphæra, tanta magnitudine, quanta ponit Aristarchus Syderum inerrantium sphæram esse; Etiam sic, numeros suppetere, ex iis qui, in Principiis (*quæ dico*) ostenduntur, Nomenclaturam sortiri, qui multitudine superent eum ipsum istius Arenæ numerum quæ sphæram jam dictam æquet magnitudine.

Nempe his positis. Primo, Telluris perimetrum esse quasi Tercentum myriadum stadiorum (*seu stadiorum ter millenorum millium*) saltem non majorem. Quippe cum demonstrandum susceperint alii (quod tu probe scis) eam esse quasi stadiorum triginta myriadum; Ego liberalior, constituto Telluris ambitu

ἀπλανέων ἄστρων σφαῖραν· τὰς ἀποδείξιας, τῶν φαινομένων οὕτως ὑποκειμένων, ἐναρμόζει. Καὶ μάλιστα φαίνεται, τὸ μέγεθος τᾶς σφαίρας ἐν ᾇ ποιεῖται τὰν γᾶν κινουμέναν, ἴσον ὑποτίθεται τῷ ὑφ' ἁμῶν εἰρημένῳ κόσμῳ.

Φαμὲν δή· καὶ εἰ γένοιτο ἐκ τοῦ ψάμμου σφαῖρα τηλικαύτα τὸ μέγεθος, ἁλίκαν Ἀρίσταρχος ὑποτίθεται τὴν τῶν ἀπλανέων ἄστρων σφαῖραν εἶμεν· καὶ οὕτως, τινὰς δειχθέντων ἐν Ἀρχαῖς τῶν κατονομασίαν ἐχόντων, ὑπερβάλλοντας τῷ πλήθει τὸν καὶ τὸν τοῦ ψάμμου, τοῦ μέγεθος ἔχοντος ἴσον τᾷ εἰρημένᾳ σφαίρᾳ·

Ὑποκειμένων τῶν δε. Πρῶτον μὲν, τὰν περίμετρον τᾶς γᾶς εἶμεν ὡς τ μυριάδων σταδίων καὶ μὴ μείζω. Καίπερ τῶν πειρωμένων ἀποδεικνύειν, καθὼς καί τοι παρακολουθεῖς, ἐοῦσαν αὐτὰν ὡς λ μυριάδων σταδίων· ἐγὼ δ' ὑπερβαλλόμενος, καθεὶς τὸ μέγεθος τᾶς γᾶς ὡς δεκαπλάσιον τοῦ

ὑπὸ

ὑπὸ τῶν προτέρων δεδοξασμένην, τὰν περίμετρον αὐτᾶς ὑποτίθεμαι εἶμεν ὡς τ̄ μυριάδων σταδίων καὶ μὴ μείζω·

Μετὰ δὲ τοῦτο, τὰν διάμετρον τᾶς γᾶς μείζονα εἶμεν τᾶς διαμέτρου τᾶς σελήνας· καὶ τὰν διάμετρον τοῦ ἁλίου μείζονα εἶμεν τᾶς διαμέτρου τᾶς γᾶς· ὁμοίως τὰ αὐτὰ λαμβάνων τοῖς πλείστοις τῶν προτέρων ἀστρολόγων.

Μετὰ δὲ ταῦτα· τὴν διάμετρον τοῦ ἁλίου τᾶς διαμέτρου τᾶς σελήνας ὡς τριακονταπλασίαν εἶμεν καὶ μὴ μείζονα. Καὶ γὰρ τῶν προτέρων ἀστρολόγων· Εὐδόξου μὲν ὡς ἐννεαπλάσιον ἀποφαινομένου· Φειδία δὲ τοῦ Ἀκούπατρος, ὡς δωδεκαπλασίαν· Ἀριστάρχου δὲ πεπειραμένου δεικνύειν, ὅτι ἐστὶν ἁ διάμετρος ἁλίου τᾶς διαμέτρου τᾶς σελήνας, μείζων μὲν ἢ ὀκτωκαιδεκαπλασίων, ἐλάττων δὲ ἢ εἰκοσαπλασίων· Ἐγὼ δὲ, ὑπερβαλλόμενος καὶ τοῦτον, ὅπως τὸ ὑποκείμενον ἀναμφίλογον ᾖ δεδειγμένον, ὑποτίθεμαι τὴν διάμετρον τοῦ ἁλίου τᾶς

δια-

tu quaſi decuplo majori quam qui à prioribus illis exiſtimaretur, pono illius perimetrum eſſe quaſi ter centum myriadum ſtadiorum, *ſaltem* non majorem.

Deinde; Telluris diametrum majorem eſſe diametro Lunæ; & Diametrum Solis majorem eſſe Telluris diametro. Hæc utique præſumens juxta cum pleriſque priorum Aſtrologorum.

Porro, Solis diametrum quaſi Trigecuplam eſſe diametri Lunæ, *ſaltem* non majorem. Quippe cum priores Aſtrologi; puta Eudoxus, quaſi noncuplam affirmaverit; Phidias Acupatris, quaſi duodecuplam; atque Ariſtarchus demonſtratum eat, Solis diametrum diametri Lunæ eſſe pluſquam octodecuplam ſed minus quam vigecuplam: ego & hunc ſupergreſſus, quo propoſitum ſit ſine controverſia demonſtratum, pono Solis diametrum diametri Lunæ

næ quaſi Trigecuplam, *ſaltem* non majorem.

Præterea; diametrum Solis, majorem eſſe quam latus Chiliagoni circulo, eorum quæ in mundo ſunt, maximo inſcripti. Quod quidem pono; affirmante Ariſtarcho, apparere Solem quaſi circuli Signorum (*Zodiaci dicti*) partem viceſimam & ſeptingenteſimam.

Ipſe autem, ad hunc modum explorando, conatus ſum per inſtrumenta angulum obſervando capere, cui Sol congruit verticem ad oculum habenti. Quem quidem omnino accurate obſervare non in promtu eſt; eo quod neq; oculus, neq; manus, neq; inſtrumenta quibus capiendus eſt, ſat fida ſint ad accurate obſervandum. Verum de his impræſentiarum non tempeſtivum eſt prolixum eſſe : cum & aliàs & ſæpe fuerint obſervata. Mihi autem ad propoſiti demonſtrationem ſufficit, angulum

διαμέτρου τᾶς σελάνας, ὡς τετρακονταπλασίαν εἶμεν καὶ μὴ μείζονα.

Ποτὶ δὲ τούτοις· τὰν διάμετρον τοῦ ἁλίου μείζονα εἶμεν τᾶς τοῦ χιλιαγώνου πλευρᾶς, τοῦ εἰς τὸν μέγιστον κύκλον ἐγγραφομένου τῶν ἐν τῷ κόσμῳ. Τοῦτο δὲ ὑποτίθεμαι Ἀριστάρχου μὲν εἰρηκότος, τοῦ κύκλου τῶν ζωδίων τὸν ἅλιον φαινόμενον ὡς τὸ εἰκοστὸν καὶ ἑπτακοσιοστόν·

Αὐτὸς δὲ ἐπισκεψάμενος, τόνδε τὸν τρόπον ἐπειράθην, ὀργανικῶς λαβεῖν τὰν γωνίαν, εἰς ἂν ὁ ἅλιος ἐναρμόζει, τὰν κορυφὰν ἔχουσαν ποτὶ τᾷ ὄψει. Τὸ μὲν ὅμοιον ἀκριβεῖ λαβεῖν, οὐκ εὐχερές ἐστι· διὰ τὸ, μήτε τὰν ὄψιν, μήτε τὰς χεῖρας, μήτε τὰ ὄργανα δι᾽ ὧν λαβεῖν, ἀξιοπίστας εἶμεν τὸ ἀκριβὲς ἀποφαίνεσθαι. Περὶ δὲ τούτων, ἐπὶ τοῦ παρόντος, οὐκ εὔκαιρον μακύνειν, ἄλλως τε καὶ πλεονάκις τοιούτων ἐμπεφανισμένων· Ἀπόχρη δὲ μοι, ἐς τὰν ἀπόδειξιν τοῦ προκειμένου, γω-

γωνίαν λαβεῖν, ἅ τις ἐστὶ μὲν μείζων τᾶς γωνίας ἐς ἂν ὁ ἅλιος ἐναρμόζῃ τὰν κορυφὰν ἔχουσαν ποτὶ τᾷ ὄψει· καὶ πάλιν ἄλλαν γωνίαν λαβεῖν ἅ τις ἐστὶν οὐκ ἐλάττων τᾶς γωνίας ἐς ἂν ὁ ἅλιος ἐναρμόζῃ τὰν κορυφὰν ἔχουσαν ποτὶ τᾷ ὄψει·

Τεθέντος οὖν μακροῦ κανόνος ἐπὶ πέδον ὀρθὸν ἐν τόπῳ κείμενον ὅθεν ἤμελλεν ἀνατέλλειν ὁ ἅλιος ὁρᾶσθαι, καὶ κυλίνδρου μικροῦ τορνευθέντος, καὶ τεθέντος ἐπὶ τὸν κανόνα ὀρθοῦ, εὐθέως μετὰ τὰν ἀνατολὰν τοῦ ἁλίου· Ἔπειτ', ἐόντος αὐτοῦ ποτὶ τῷ ὁρίζοντι, καὶ δυναμένου ἀντιβλέπεσθαι· ἐπεστράφη ὁ κανὼν ἐς τὸν ἅλιον, καὶ αἱ ὄψις κατεστάθη ἐπὶ τὸ ἄκρον τοῦ κανόνος· ὁ δὲ κύλινδρος, ἐν μέσῳ κείμενος τοῦ τε ἁλίου καὶ τᾶς ὄψιος, ἐπεσκότει τῷ ἁλίῳ. Ἀποχωριζομένου τοῦ κυλίνδρου ἀπὸ τᾶς ὄψιος· ἐν ᾇ ἄρξατο παραφαίνεσθαι τοῦ ἁλίου μικρὸν ἐφ' ἑκάτερα τοῦ κυλίνδρου, κατεστάθη ὁ κύλινδρος·

Εἰ

lum capere, qui non ſit major angulo cui Sol congruit verticem ad oculum habenti; iterumque capere angulum alium, qui non ſit minor angulo cui Sol congruit verticem ad oculum habenti.

Poſita autem ſuper erectum fulcrum longa regula, eo loci ſitum unde Sol oriri conſpiciendus erat; parvoque cylindro ad tornum facto, & ſuper regulam normaliter erecto (*non ſuper regulam jacente quod cenſuit Rivaltus*) ſtatim poſt Solis ortum: Tum exiſtente prope Horizontem Sole, ita ut ex adverſo conſpici poſſet; Regula ad Solem converſa eſt, oculuſque ad extremum regulæ conſtitutus; Cylindrus autem intermedio loco inter ſolem & oculum poſitus, ut occultaret ſolem. Cylindro dein ab oculo longius amoto; cum primum cœperit Solis tantillum ab utraque cylindri parte conſpici poſſe, cylindrus ſiſtebatur.

Et

Et quidem, ſi ita foret, ut oculus ab uno puncto conſpiceret: ductis rectis ab extremo regulæ, quo loco oculus conſtitutus fuerat; qui ductis rectis contineretur angulus, minor foret angulo cui Sol congruit verticem in oculo habenti; eo quod Solis aliquid ex utraque cylindri parte conſpectum fuerit.

Quoniam vero oculi non ab uno puncto conſpiciunt, ſed à quadam magnitudine: ſumta eſt magnitudo quædam rotunda, oculi conſpectu non minor. Poſitâque hac magnitudine in extremo Regulæ, (*non quidem dum inſtituitur obſervatio quod ſenſiſſe videtur Commandinus; ſed poſtea, quum ducendæ ſunt rectæ quibus angulus æſtimetur,*) quo loco oculus conſtitutus erat; ductiſque rectis quæ & magnitudinem hanc & cylindrum contingerent: rectis ſic ductis contentus angulus, factus eſt non major eo an-

Εἰ μὲν ὁμοίως συνέβαινεν τὰν ὄψιν ἀφ' ἑνὸς σαμείου βλέπειν· εὐθειᾶν ἀχθεισᾶν ἀπ' ἄκρου τοῦ κανόνος, ἐν ᾧ τόπῳ ἁ ὄψις κατεστάθη, ἐπιψαυουσᾶν τοῦ κυλίνδρου· ἁ περιεχομένα γωνία ὑπὸ τᾶν ἀχθεισᾶν, ἐλάσσων κα εἴη τᾶς γωνίας ἐς ἂν ὁ ἅλιος ἐναρμόζει τὰν κορυφὰν ἔχουσαν ποτὶ τᾷ ὄψει· διὰ τὸ περιβλέπεσθαί τι τοῦ ἁλίου ἐφ' ἑκάτερα τοῦ κυλίνδρου.

Ἐπεὶ δ' αἱ ὄψιες οὐκ ἀφ' ἑνὸς σαμείου βλέποντι, ἀλλ' ἀπό τινος μεγέθεος· ἐλάφθη τι μέγεθος στρογγύλον, οὐκ ἔλαττον ὄψιος· καὶ τεθέντος τοῦ μεγέθεος ἐπὶ τὸ ἄκρον τοῦ κανόνος ἐν ᾧ τόπῳ ἁ ὄψις κατεστάθη, ἀχθεισᾶν εὐθειᾶν ἐπιψαυουσᾶν τοῦ μεγέθεος καὶ τοῦ κυλίνδρου· ἁ οὖν περιεχομένα γωνία ὑπὸ τᾶν ἀχθεισᾶν, ἐλάττων ἢ τᾶς γωνίας ἐς

ἂν ὁ ἅλιος ἐναρμόζῃ τὰν κορυφὰν ἐχούσας ποτὶ τᾷ ὄψει.

Τὸ δὲ μέγεθος τὸ οὐκ ἔλαττον ὄψιος, τόνδε τὸν τρόπον εὑρίσκεται. Δυὸ κυλίνδρια ἀναλαμβάνεται λεπτὰ ἰσοπαχέα ἀλλάλων· τὸ μὲν λευκόν, τὸ δὲ οὔ. Καὶ περιτίθενται πρὸ τᾶς ὄψιος· τὸ μὲν λευκόν, ἀφεστακὸς ἀπ' αὐτᾶς· τὸ δὲ οὐ λευκόν, ὡς ἔστιν ἐγγυτάτω τᾶς ὄψιος, ὥστε καὶ θιγγάνειν τοῦ προσώπου. Εἰ μὲν οὖν, τὰ λαφθέντα κυλίνδρια, λεπτότερα ἐόντι τᾶς ὄψιος· περιλαμβάνεται ὑπὸ τᾶς ὄψιος τὸ ἐγγὺς κυλίνδριον, καὶ ὁρῆται ὑπὸ αὐτᾶς τὸ λευκόν· εἰ μὲν κα παραπολὺ λεπτότερα ἐόντι, πᾶν· εἰ δέ κα μὴ παραπολύ, μέρεα τινὰ τοῦ λευκοῦ ὁρῶνται ἐφ' ἑκάτερα τοῦ ἐγγὺς τᾶς ὄψιος. Λαφθέντων δὲ τῶνδε τῶν κυλινδρίων ἐπιταδείων ὅπως τῷ πάχει ἐπισκοτεῖν τὸ ἕτερον αὐτῶν τῷ ἑτέρῳ, καὶ οὐ πλείονι τόπῳ· τὸ δὴ ταλικοῦτον μέγεθος, ἁλίκον ἐστὶ τὸ πάχος τῶν κυλινδρείων

angulo cui Sol congruat verticem in oculo habenti.

Magnitudo autem quæ oculi acie minor non ſit, ad hunc modum inventa eſt. Sumti ſunt cylindruli duo tenues, atque invicem æquè craſſi; quorum alter albus eſſet, alter non eſſet: atque præ oculo conſtituti ambo, albus quidem ab oculo remotius, & qui non albus quam proximè ad oculum, ita ut ipſam faciem contingeret. Si itaque tenuiores ſint cylindruli quam oculi acies; intercipitur ab oculi acie cylindrulus propior, atque albus alter ab ipsâ conſpicitur; & quidem, ſi multo tenuiores ſint, totus; ſi non ſint multo tenuiores, ſaltem partes aliquæ albi cylindruli conſpiciuntur, ex propioris ad oculũ utraque parte. Sumtis autem hujuſmodi cylindrulis idoneis, ita ut craſſitie ſuâ alter alterum occultet, nec tamen locum ampliorem, magnitudo tanta quanta eſt cylindrulorum qui hoc præſtant

craſſities, ſaltem non minor eſt quàm acies oculi.

Angulus autem qui non minor eſſet angulo cui Sol congruit verticem habenti in oculo, ſic captus eſt. Cylindro ſuper Regulam ab oculo ſic amoto, ut totum ſolem occultet cylindrus; ductiſque rectis ab extremo regulæ, quo loco conſtituebatur oculus, cylindrum contingentibus: rectis ſic ductis contentus angulus, factus eſt non minor angulo cui Sol congruat verticem in oculo habenti.

Angulis demum ita captis ad anguli recti menſuram accommodatis; deprehenſus eſt *major* ille qui in Regulæ crenâ erat, minor quam, recti in partes centum ſexaginta quatuor diviſi, pars una: minor autem angulus, major quam recti in ducentas partes diviſi pars una. Manifeſtum ergo eſt, angulum cui Sol congruat habenti verticem in oculo, minorem

λινδρίων τῶν τοῦτο ποιουμένων, μάλιστα πῶς ἐστὶν οὐκ ἔλαττον τᾶς ὄψιος.

Ἁ δὲ γωνία, οὐκ ἐλάττων τᾶς γωνίας ἐς ἂν ὁ ἅλιος ἐναρμόζει τὰν κορυφὰν ἔχουσαν ποτὶ τᾷ ὄψει, οὕτως ἐλάφθη. Ἀποσταθέντος, ἐπὶ δὲ κανόνιον, τοῦ κυλίνδρου ἀπὸ τᾶς ὄψιος οὕτως, ὥστ' ἐπισκοπεῖν τὸ κύλινδρον ὅλῳ ἁλίῳ· καὶ ἀχθεισᾶν εὐθειᾶν ἀπ' ἄκρου τοῦ κανόνος, ἐν ᾧ τόπῳ ἁ ὄψις κατεστάθη, ἐπιψαυουσᾶν τοῦ κυλίνδρου· ἁ περιεχομένα γωνία ὑπὸ τᾶν ἀχθεισᾶν εὐθειᾶν, οὐκ ἐλάττων γίνεται τᾶς γωνίας ἐς ἂν ὁ ἅλιος ἐναρμόζη τὰν κορυφὰν ἔχουσαν ποτὶ τᾷ ὄψει.


Ταῖς δὴ γωνίαις, ταῖς οὕτως λαφθείσαις, καταμετρηθείσαις ὀρθαῖς γωνίαις· ἐγένετο ἁ ἐν σίγω, διαιρεθείσας τᾶς ὀρθᾶς εἰς ρξδ, ἐλάττων ἢ ἓν μέρος τούτων· ἁ δὲ ἐλάττων, διαιρεθείσας τᾶς ὀρθᾶς εἰς σ, μείζων ἢ ἓν μέρος τούτων. Δῆλον οὖν, ὅτι ἁ γωνία, ἐς ἂν ὁ ἅλιος ἐναρμόζη τὰν κορυφὰν ἔχουσαν ποτὶ τᾷ ὄψει, ἐλάττων μέν

ἐστὶν ἡ διαιρεθείσας τᾶς ὀρθᾶς εἰς ρξδ τούτων ἓν μέρος· μείζων δὲ ἢ διαιρεθείσας τᾶς ὀρθᾶς εἰς σ τούτων ἓν μέρος.

Πεπιστευμένων δὲ τούτων· δείκνυται διάμετρος τοῦ ἁλίου μείζων ἐοῦσα τᾶς τοῦ χιλιαγώνου πλευρᾶς, τοῦ εἰς τὸν μέγιστον κύκλον ἐγγραφομένου τῶν ἐν τῷ κόσμῳ.

Νοείσθω γὰρ ἐπίπεδον ἐκβεβλημένον, διά τε τοῦ κέντρου τᾶς γᾶς, καὶ τοῦ ἁλίου, καὶ διὰ τᾶς ὄψιος· μικρὸν ὑπὲρ τὸν ὁρίζοντα ἐόντος τοῦ ἁλίου. Τεμνέτω δὲ τὸ ἐκβεβληθὲν ἐπίπεδον, τὸν μὲν κόσμον κατὰ τὸν αβγ κύκλον, τὰν δὲ γᾶν κατὰ τὸν δεζ, τὸν δὲ ἅλιον κατὰ τὸν ση κύκλον. Κέντρον δὲ ἔστω τᾶς μὲν γᾶς τὸ θ, τοῦ δ' ἁλίου τὸ κ, ὄψις δὲ ἔστω τὸ δ. Καὶ ἄχθωσαν εὐθεῖαι ἐπιψαύουσαι τοῦ ση κύκλου· ἀπὸ μὲν τοῦ δ, αἱ δλ δξ· ἐπιψαυόντων δὲ κατὰ τὸ ν, καὶ τὸ τ· ἀπὸ δὲ τοῦ θ, αἱ θμ θο· ἐπιψαυόντων δὲ κατὰ τὸ χ καὶ τὸ ρ· τὸν δὲ αβγ κύκλον τεμνόντων αἱ θμ θο, κατὰ τὸ α καὶ τὸ β.

Ἐστὶ



p. 22.
η
μ
λ
ο
ξ
κ
α
β
γ
ν
φ
ζ
χ
τ
σ
υ
δ
θ
ς
ε

norem esse quam est recti in 164 partes divisi pars una; majorem vero quam est pars una recti in partes 200 divisi.

His stabilitis: Demonstratur, Solis diametrum majorem esse quam est chiliagoni latus circulo qui in mundo sit maximo inscripti.

Intelligatur enim planum, per telluris solisque centrum, oculumque, trajectum; Sole supra Horizontem paulum existente. Planumque sic trajectum secet, Mundum quidem in $\alpha\beta\gamma$ circulo, Tellurem in $\delta\epsilon\zeta$, & Solem in circulo $\sigma\eta$: Centrum autem Telluris sit θ, Solis κ; sitque Oculus δ: Rectæque ducantur circulum $\sigma\eta$ contingentes; nempè à δ, rectæ $\delta\lambda$ $\delta\xi$, quæ tangant in ν & τ; & à θ, rectæ $\theta\mu$ θo, quæ tangant in χ & ρ; ipsæque $\theta\mu$ θo circulum $\alpha\beta\gamma$ secent in α & β.

Eſt autem $\vartheta\kappa$ major quam $\delta\kappa$: cum ponatur Sol ſupra Horizontem eſſe; (*adeoque angulus $\vartheta\delta\kappa$ obtuſus propter Solis ſemidiametrum majorem quam Telluris:*) Et aproptereà, qui rectis $\delta\lambda$ $\delta\xi$ continetur angulus, major eſt quam qui rectis $\vartheta\mu$ ϑo continetur. Angulus vero ipſis $\delta\lambda$ $\delta\xi$ contentus, major quidem eſt quam recti pars ducenteſima, ſed minor quam recti in partes 164 diviſi pars una; (æqualis utique illi cui Sol congruit, verticem in oculo habenti.) Adeoque *multo magis* qui rectis $\vartheta\mu$ ϑo continetur, minor eſt quam recti in partes 164 diviſi pars una, (*ſeu* 4 *rectorum in partes* 656;) & $\alpha\beta$ recta, minor eâ quæ ſubtendit partem unam peripheriæ circuli $\alpha\beta\gamma$ in partes 656 diviſæ. Polygoni autem inſinuati perimeter, ad circuli $\alpha\beta\gamma$ ſemidiametrum, minorem habet rationem quam 44 ad 7; eò quòd omnis Polygoni circulo inſcripti perimeter

Ἐστὶ δὲ μείζων ἁ θκ τᾶς δκ, ἐπεὶ ὑπόκειται ὁ ἅλιος ὑπὲρ τὸν ὁρίζοντα εἶμεν· ὥστε ἁ γωνία ἁ περιεχομένα ὑπὸ τᾶν δλ δξ μείζων ἐστὶ τᾶς γωνίας τᾶς περιεχομένας ὑπὸ τᾶν θμ θο. Ἁ δὲ περιεχομένα γωνία ὑπὸ τᾶν δλ δξ, μείζων μέν ἐστιν ἢ διακοσιαστὸν μέρος ὀρθᾶς, ἐλάττων δὲ ἢ τᾶς ὀρθᾶς διαιρεθείσας εἰς ρξδ τούτων ἓν μέρος· ἴσα γὰρ ἐστὶ τᾷ γωνίᾳ ἐς ἂν ὁ ἅλιος ἐναρμόζει τὰν κορυφὰν ἔχουσαν ποτὶ τᾷ ὄψει. Ὥστε ἁ γωνία ἁ περιεχομένα ὑπὸ τᾶν θμ θο, ἐλάττων ἐστὶν ἢ τᾶς ὀρθᾶς διαιρεθείσας εἰς ρξδ τούτων ἓν μέρος· ἁ δὲ αβ εὐθεῖα ἐλάττων ἐστὶ τᾶς ὑποτεινούσας ἓν τμᾶμα διαιρεθείσας τᾶς τοῦ αβγ κύκλου περιφερείας ἐς χνς. Ἁ δὲ τοῦ εἰρημένου πολυγωνίου περίμετρος ποτὶ τὰν ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ αβγ κύκλου, ἐλάττονα λόγον ἔχει ἢ τὰ μδ ποτὶ τὰ ζ· διὰ τὸ, παντὸς πολυγωνίου ἐγγεγραμμένου ἐν κύκλῳ, τὰν περίμετρον πο-

τὶ

τι τὰν ἐκ τοῦ κέντρου, ἐλάττονα λόγον ἔχειν, ἢ τὰ μδ ποτὶ τὰ ζ. (Ἐπίσταται γὰρ δεδειγμένον ὑφ' ἁμῶν, ὅτι παντὸς κύκλου ἁ περιφέρεια μείζων ἐστὶν ἢ τριπλασίων τᾶς διαμέτρου ἐλάσσονι ἢ ἑβδόμῳ μέρει.) Ὡς τι ἐλάττω λόγον ἔχει ἁ βα ποτὶ τὰν θκ, ἢ τὰ ια ποτὶ τὰ αρμη· ὥς τι ἐλάττων ἐστὶν ἁ βα ἢ τᾶς θκ ἑκατοστὸν μέρος. Τᾷ δὲ βα ἴσα ἐστὶν ἁ διάμετρος τοῦ ση κύκλου· διότι καὶ ἁ ἡμίσεια αὐτᾶς ἁ φα ἴσα ἐστὶ τᾷ κρ· ἴσων γὰρ ἐουσᾶν τᾶν θκ τᾷ θα, ἀπὸ τῶν περάτων κάθετοι ἐπιζευγνύμεναι ἐπὶ τὰν αὐτὰν γωνίαν. Δῆλον οὖν, ὅτι ἁ διάμετρος τοῦ αβη κύκλου, ἐλάττων ἐστὶν ἢ ἑκατοστὸν μέρος τᾶς θκ. Καὶ ἁ εθυ διάμετρος ἐλάττων ἐστὶ τᾶς διαμέτρου τοῦ αβη κύκλου· ἐπεὶ ἐλάττων ἐστὶν ὁ δεζ κύκλος τοῦ ση κύκλου. Ἐλάττονες ἄρα ἐντὶ ἀμφότεραι αἱ θυ κσ, ἢ ἑκατοστὸν μέρος τᾶς θκ. Ὡς τι ἁ θκ ποτὶ τὰν υσ, ἐλάττονα λόγον ἔχει, ἢ τὰ ρ ποτὶ

τὰ

meter ad ſemidiametrum minorem habeat rationem quam 44 ad 7. [Scis enim à nobis demonſtratum eſſe, quòd circuli cujuſvis Peripheria excedit triplum diametri minus quam parte ſeptima:) Adeoque minorem habet rationem $\beta\alpha$ ad $\vartheta\kappa$ quam 11 ad 1148; *utpote minor quam* $\frac{1}{656}$ *ipſius* $\frac{44}{7}$:) Minor itaque eſt $\beta\alpha$ recta *multo magis* quam rectæ $\vartheta\kappa$ pars centeſima. Ipſi autem $\beta\alpha$ æqualis eſt circuli $\sigma\eta$ diameter: (quoniam ilius ſemiſſis $\varphi\alpha$, eſt ipſi $\kappa\rho$ æqualis: quippè quæ ab æqualium $\kappa\ \vartheta\alpha$ extremis demiſſæ ſunt perpendiculares, eidem angulo oppoſitæ:) Conſtat itaque quòd circuli $\alpha\beta\eta$ diameter minor eſt quam rectæ $\vartheta\kappa$ pars centeſima. Eſtque diameter $\epsilon\vartheta\upsilon$, minor quam circuli $\beta\eta$ diameter; (cum minor ſit $\delta\epsilon\zeta$ circulus circulo $\sigma\eta$.) Minores itaque ſunt *multo magis* ſimul utraque $\vartheta\upsilon\ \kappa\sigma$, quam ipſius $\vartheta\kappa$ pars centeſima. Adeoque minorem habet

τι τὰν ἐκ τοῦ κέντρου, ἐλάττονα λόγον ἔχειν, ἢ τὰ μδ ποτὶ τὰ ζ. (Ἐπίσκεψαι γὰρ δεδειγμένον ὑφ' ἁμῶν, ὅτι παντὸς κύκλου ἁ περιφέρεια μεί- 285
ζων ἐστὶν ἢ τριπλασίων τᾶς διαμέτρου ἐλάσσονι ἢ ἑβδόμῳ μέρει. (Ὡς τι ἐλάττω λόγον ἔχει ἁ βα ποτὶ τὰν θκ, ἢ τὰ ια ποτὶ τὰ αρμη· ὥς τι ἐλάττων ἐστὶν ἁ βα ἢ τᾶς θκ ἑκα- 29(
τοστὸν μέρος. Τᾷ δὲ βα ἴσα ἐστὶν ἁ διάμετρος τοῦ σῃ κύκλου· διότι καὶ ἁ ἡμίσεια αὐτᾶς ἁ φα ἴσα ἐστὶ τᾷ κρ· ἴσων γὰρ ἐουσῶν τῶν θκ τᾷ θα, ἀπὸ τῶν περάτων κάθετοι ἐπιζευγνύμεναι 2
ἐπὶ τὰν αὐτὰν γωνίαν. Δῆλον οὖν, ὅτι ἁ διάμετρος τοῦ αεη κύκλου, ἐλάττων ἐστὶν ἢ ἑκατοστὸν μέρος τᾶς θκ. Καὶ ἁ εθυ διάμετρος ἐλάττων ἐστὶ τᾶς διαμέτρου τοῦ αβη κύκλου· ἐπεὶ ἐλάττων ἐστὶν ὁ δεζ κύκλος τοῦ σῃ κύκλου. Ἐλάττονες ἄρα ἐντὶ ἀμφότεραι αἱ θυ κσ, ἢ ἑκατοστὸν μέρος τᾶς θκ. Ὡς τι ἁ θκ ποτὶ τὰν υσ, ἐλάττονα λόγον ἔχει, ἢ τὰ ρ ποτὶ

τὸ

meter ad ſemidiametrum minorem habeat rationem quam 44 ad 7. (Scis enim à nobis demonſtratum eſſe, quòd circuli cujuſvis Peripheria excedit triplum diametri minus quam parte ſeptima:) Adeoque minorem habet rationem $\beta\alpha$ ad $\vartheta\kappa$ quam 11 ad 1148; (*utpote minor quam* $\frac{1}{656}$ *ipſius* $\frac{44}{7}$:) Minor itaque eſt $\beta\alpha$ recta *multo magis* quam rectæ $\vartheta\kappa$ pars centeſima. Ipſi autem $\beta\alpha$ æqualis eſt circuli $\sigma\eta$ diameter: (quoniam illius ſemiſſis $\varphi\alpha$, eſt ipſi $\kappa\rho$ æqualis: quippè quæ ab æqualium $\vartheta\kappa$ $\vartheta\alpha$ extremis demiſſæ ſunt perpendiculares, eidem angulo oppoſitæ:) Conſtat itaque quòd circuli $\alpha\beta\eta$ diameter minor eſt quam rectæ $\vartheta\kappa$ pars centeſima. Eſtque diameter $\varepsilon\vartheta\upsilon$, minor quam circuli $\alpha\beta\eta$ diameter; (cum minor ſit $\delta\varepsilon\zeta$ circulus circulo $\sigma\eta$.) Minores itaque ſunt *multo magis* ſimul utraque $\vartheta\upsilon$ $\kappa\sigma$, quam ipſius $\vartheta\kappa$ pars centeſima. Adeoque minorem habet

bet rationem $\vartheta\kappa$ ad $\upsilon\sigma$, quam 100 ad 99: *ablatum utique, minus est quam pars centesima.* Cumque $\vartheta\kappa$ non minor sit quam $\vartheta\rho$, (*imo major propter angulum* $\vartheta\rho\kappa$ *rectum*) recta autem $\sigma\upsilon$ minor quam $\delta\tau$; (*quippe brevissimus est inter duos circulos trajectus, qui jacet in rectâ per utriusq; centra:*) minorem itaque *multo magis* rationem habet $\vartheta\rho$ ad $\delta\tau$, quam 100 ad 99. Cum verò, triangulorum $\vartheta\kappa\rho$ $\delta\kappa\tau$ rectangulorum latera quidem $\kappa\rho$ $\kappa\tau$ sint æqualia, sed $\vartheta\rho$ $\delta\tau$ inæqualia, & $\vartheta\rho$ eorum majus, *propter* $\vartheta\kappa$ *majorem quam* $\delta\kappa$: Angulus ipsis $\delta\tau$ $\delta\kappa$ contentus ad angulũ ipsis $\vartheta\rho$ $\vartheta\kappa$ contentum, majorem quidem rationem habet, quam $\vartheta\kappa$ ad $\delta\kappa$; sed minorem quam $\vartheta\rho$ ad $\delta\tau$: (Quippe si duorum triangulorum rectangulorum, altera quidem quæ circa angulum rectum latera, sint æqualia; altera verò, inæqualia: angulorum inæqualibus illis lateribus adjacentium major ad minorem, majorem quidem rationem habet quam recta-

rum

τὰ ςθ. Καί, ἐπεὶ ἁ μὲν θχ οὐκ ἐλάττων ἐστὶ τᾶς ϑρ, ἁ δὲ συ ἐλάττων τᾶς δτ· ἐλάττω ἄρα καὶ λόγον ἔχει ἁ ϑρ ποτὶ τὰν δτ, ἢ τὰ ρ ποτὶ τὰ ςθ. Ἐπεί, τῶν μὲν ϑκρ δκτ τριγώνων ὀρθογωνίων ἐόντων, αἱ μὲν κρ κτ πλευραὶ ἴσαι ἐντί, αἱ δὲ ϑρ δτ ἄνισοι, καὶ μείζων ἁ ϑρ· ἁ γωνία περιεχομένα ὑπὸ τᾶν δτ δκ, ποτὶ τὰν γωνίαν τὰν περιεχομέναν ὑπὸ τᾶν ϑρ ϑκ, μείζονα μὲν ἔχει λόγον ἢ ἁ ϑκ ποτὶ τὰν δκ· ἐλάττω δὲ ἢ ἁ ϑρ ποτὶ τὰν δτ. (Εἰ γάρ κα δυῶν τριγώνων ὀρθογωνίων αἱ μὲν ἅπεραι πλευραὶ αἱ περὶ τᾶν ὀρθᾶν γωνιᾶν ἴσαι ἐῶντι, αἱ δὲ ἅπεραι ἄνισοι· ἁ μείζων γωνία τᾶν ποτὶ ταῖς ἀνίσοις πλευραῖς ποτὶ τὰν ἐλάττονα, μείζονα μὲν ἔχει λόγον, ἢ ἁ μείζων γραμμὰ τᾶν ὑπὸ τᾶν ὀρθᾶν γωνιᾶν ὑποτεινουσᾶν ποτὶ τὰν ἐλάττονα· ἐλάττονα δέ, ἢ ἁ μείζων γραμμὰ τᾶν

περὶ

περὶ τὰν ὀρθᾶν γωνιᾶν ποτὶ τὰν ἐλάσσονα.) Ὡς τι ἁ γωνία ἁ περιεχομένα ὑπὸ τᾶν δλ δξ, ποτὶ τὰν γωνίαν τὰν περιεχομέναν ὑπὸ τᾶν θο θμ, ἐλάττω λόγον ἔχει, ἢ ἁ θρ ποτὶ τὰν δτ. Α τις ἐλάττω λόγον ἔχει, ἢ τὰ ρ ποτὶ τὰ ϛθ. Ὡς τι ἁ γωνία ἁ περιεχομένα ὑπὸ τᾶν δλ δξ, ποτὶ τὰν γωνίαν τὰν περιεχομέναν ὑπὸ τᾶν θμ θο, ἐλάττω λόγον ἔχει, ἢ τὰ ρ ποτὶ τὰ ϛθ. Καὶ ἐπεὶ ἐστὶν ἁ γωνία ἁ περιεχομένα ὑπὸ τᾶν δλ δξ μείζων ἢ διακοσιοστὸν μέρος ὀρθᾶς· ἐσσεῖται ἁ γωνία ἁ περιεχομένα ὑπὸ τᾶν θμ θο, μείζων ἢ τᾶς ὀρθᾶς διαιρεθείσας ἐς δισμύρια τούτων ϛθ μέρεα· ὥς τι μείζων ἐστὶν ἤ, διαιρεθείσας τᾶς ὀρθᾶς εἰς σ καὶ γ, τούτων ἓν μέρος. Ἄρα ἁ βα μείζων ἐστὶ τᾶς ὑποτεινούσας ἓν τμᾶμα διηρημένας τᾶς τοῦ αβγ κύκλου περιφερείας ἐς ωιβ. Τᾶ δὲ αβ ἴσα ἐντὶ ἁ τοῦ ἁλίου διάμετρος. Δῆλον ὦν, ὅτι μείζων ἐστὶν ἁ τοῦ ἁλίου

rum angulo recto subtensarũ major ad minorem; minorem verò quàm rectarum illarum angulo recto adjacentium major ad minorem:) Adeòque angulus contentus rectis $\delta\lambda$ $\delta\xi$ ad angulum ipsis ϑo $\vartheta\mu$ contentum: (*ut qui jam dictorum dupli sunt*) minorem habet rationem quam $\vartheta\rho$ ad $\delta\tau$: Quæ quidem ipsa minorem habet rationem quàm 100 ad 99. Adeoque (*multo magis*) angulus ipsis $\delta\lambda$ $\delta\xi$ contentus ad angulum contentum rectis $\vartheta\mu$ ϑo, minorem rationem habet quàm 100 ad 99. Cumque sit angulus rectis $\delta\lambda$ $\delta\xi$ contentus, major quàm recti pars ducentesima; quæ rectis $\vartheta\mu$ ϑo continetur, major est quàm recti in vicies mille partes divisi partes 99; (*quippe* $\frac{99}{100}$ *in* $\frac{1}{200}$ *est* $\frac{99}{20000}$;) adeoque major *multo adhuc* quàm recti in 203 partes divisi pars una: (*nam* 99 *ad* 20000 *est ut* 1 *ad* 202 $\frac{2}{99}$.) Major itaque est $\beta\alpha$ quàm quæ subtendit Peripheriæ circuli $\alpha\beta\gamma$ in 812 partes divisæ partem unam: (*propter*

pter 812 *quadruplum numeri* 203.) Ipsi verò $\alpha\beta$ æqualis est diameter Solis. Manifestum itaque est, diametrum Solis (*multo adhuc magis*) majorem esse latere Chiliagoni.

Istis positis: demonstrantur & hæc. Nempe diametrum Mundi minorem esse quam decies-millecuplam diametri Telluris: Item, diametrum Mundi minorem esse quàm centum myriadas myriadum stadiorum.

Quoniam enim positum est, Diametrum Solis non majorem est quàm trigecuplam diametri Lunæ; atque Telluris diametrum majorem esse diametro Lunæ: manifestum (*adhuc magis*) est, Diametrum Solis minorem esse quam trigecuplam diametri Telluris. Porro, cum demonstratum sit, diametrum Solis majorem esse quàm Chiliagoni latus circulo mundi maximo inscripti; manifestum est, Chiliagoni dicti perimetrum minorem esse quàm millecuplam diametri Solis. Ipsa autem Solis diametrus minor est

quam

λίου διάμετρος τᾶς τοῦ χιλιαγώνου πλευρᾶς.

Τούτων δὲ ὑποκειμένων δείκνυται καὶ τάδε. Οἷον, ἁ διάμετρος τοῦ κόσμου τᾶς διαμέτρου τᾶς γᾶς ἐλάττων ἐστὶν ἢ μυριοπλασίων. Καὶ ἔτι, ἁ διάμετρος τοῦ κόσμου ἐλάττων ἐστὶν ἢ σταδίων μυριάκις μυριάδες ρ.

Ἐπεὶ γὰρ ὑπόκειται τὰν διάμετρον τοῦ ἁλίου μὴ μείζω εἶμεν ἢ τριακονταπλασίονα τᾶς διαμέτρου τᾶς σελήνας, τὰν δὲ διάμετρον τᾶς γᾶς μείζω εἶμεν τᾶς διαμέτρου τᾶς σελήνας· δῆλον ὡς ἁ διάμετρος τοῦ ἁλίου ἐλάττων ἐστὶν ἢ τριακονταπλασίων τᾶς διαμέτρου τᾶς γᾶς. Πάλιν δὲ, ἐπεὶ ἐδείχθη ἁ διάμετρος τοῦ ἁλίου μείζων ἐοῦσα τᾶς τοῦ χιλιαγώνου πλευρᾶς τοῦ εἰς τὸν μέγιστον κύκλον ἐγγραφομένου τῶν ἐν τῷ κόσμῳ· φανερὸν ὅτι ἁ τοῦ χιλιαγώνου περίμετρος τοῦ εἰρημένου, ἐλάττων ἐστὶν ἢ χιλιοπλασίων τᾶς διαμέτρου τοῦ ἁλίου· ἁ δὲ διάμετρος τοῦ ἁλίου ἐλάττων ἐστὶν ἢ τριακονταπλα-

σίων τᾶς διαμέτρου τᾶς γᾶς· ὥστε ἁ περίμετρος τοῦ χιλιαγώνου ἐλάττων ἐστὶν ἢ τρισμυριοπλασίων τᾶς διαμέτρου τᾶς γᾶς.

Ἐπεὶ οὖν ἁ περίμετρος τοῦ χιλιαγώνου, τᾶς μὲν διαμέτρου τᾶς γᾶς ἐλάττων ἐστὶν ἢ τρισμυριοπλασίων, τᾶς δὲ διαμέτρου τοῦ κόσμου μείζων ἢ τριπλασίων· (δέδεικται γάρ τοι, διότι παντὸς κύκλου ἁ διάμετρος ἐλάττων ἐστὶν ἢ τρίτον μέρος παντὸς πολυγωνίου περιμέτρου, ὅ κα, ἰσόπλευρον ἐὸν καὶ πολυγωνιώτερον τοῦ ἑξαγώνου, ἐγγεγραμμένον μὲν τῷ κύκλῳ εἴη·) καὶ ἁ διάμετρος τοῦ κόσμου ἐλάττων ἢ μυριοπλασίων τᾶς διαμέτρου τᾶς γᾶς.

Ἁ μὲν οὖν διάμετρος τοῦ κόσμου, ἐλάττων ἐοῦσα ἢ μυριοπλασίων τᾶς διαμέτρου τᾶς γᾶς, ἐλάττων ἐστὶν ἢ σταδίων μυριάκις μυριάδες ρ, ἐκ τούτου δῆλον. Ἐπεὶ γὰρ ὑπόκειται, τὰν περίμετρον τᾶς γᾶς μὴ μείζονα εἶμεν ἢ τριακοσίας μυριάδας σταδίων· ἁ δὲ περίμετρος τᾶς γᾶς μείζων ἐστὶν ἢ τριπλασία

quam trigecupla diametri Telluris: ergo Chiliagoni perimeter minor eſt quam tricies-millecupla diametri Telluris.

Cum itaque Perimeter Chiliagoni minor ſit quam tricies-millecupla diametri Telluris; diametri verò Mundi, major quàm tripla: (demonſtratum utique eſt; eo quod cujuſvis circuli diameter minor eſt quàm pars tertia Perimetri cujusvis Polygoni, quod, æquilaterum pluriumque quam Hexagonum angulorum exiſtens, circulo inſcriptum ſit.) Mundi itaque diameter minor eſt quam decies-millecupla diametri Telluris.

Cum igitur Mundi diameter minor ſit quam decies-millecupla diametri Telluris: minorem eſſe quam centum myriadum myriadas ſtadiorum, hinc patet. Cum enim ponamus, perimetrum Telluris non majorem eſſe quàm tercentum myriadum ſtadiorum (*ſeu* 300, 0000;) ſitque Telluris perimeter major

quam tripla diametri, (propterea quod circuli cujusvis perimeter major sit quam diametri tripla;) manifestum est, Telluris diametrum minorem esse quàm centum myriadum (*seu* 100, 0000,) stadiorum. Cum itaque Mundi diameter minor sit quam decies-millecupla diametri Telluris: Manifestum est, mundi diametrum, minorem esse quàm (100, 0000, *per* 10000; *seu* 100, 0000, 0000, *hoc est*,) centum myriadum myriadas stadiorum.

De Magnitudinibus utique & Distantiis, quæ pono, ista sunt. De Arena verò, hæc.

Si ex Arena componatur magnitudo aliqua, quæ major non sit quam semen Papaveris: illius numerum myriade (*seu decem millibus*) majorem non esse. Et, Seminis Papaveris diametrum non esse digiti parte quadragesimâ minorem. Hoc autem pono, re ad hunc modum prius exploratâ. Super planâ regulâ semina papaveris in directum constitue-

πλασία τᾶς διαμέτρου· (διὰ τὸ παντὸς κύκλου τὴν περιφέρειαν μείζονα εἶμεν ἢ τριπλασίονα τᾶς διαμέτρου·) δῆλον, ὡς ἁ διάμετρος τᾶς γᾶς ἐλάττων ἐστὶν ἢ σταδίων ρ μυριάδων. Ἐπεὶ οὖν ἁ τοῦ κόσμου διάμετρος ἐλάττων ἐστὶν ἢ μυριοπλασίων τᾶς διαμέτρου τᾶς γᾶς· δῆλον ὡς ἁ τοῦ κόσμου διάμετρος ἐλάττων ἐστὶν ἢ σταδίων μυριάκις μυριάδες ρ.

Περὶ μεγεθέων καὶ τῶν ἀποστημάτων ταῦτα ὑποτίθεμαι. Περὶ δὲ τοῦ ψάμμου, τάδε.

Εἴκα ἢ τι συγκείμενον μέγεθος ἐκ τοῦ ψάμμου, μὴ μεῖζον μάκωνος· τὸν ἀριθμὸν αὐτοῦ μὴ μείζονα εἶμεν μυρίων. Καὶ, τὴν διάμετρον τᾶς μάκωνος μὴ ἐλάττονα εἶμεν ἢ τετρακοστομόριον δακτύλου. Ὑποτίθεμαι δὲ τοῦτο, ἐπισκεψάμενος τόνδε τὸν τρόπον. Ἐτίθεν ἐπὶ κανόνα λεῖον μάκωνες ἐπευθείας, ἐπὶ μίαν κεί-

μεναι

μέναι, ἁπτόμεναι ἀλλάλων· καὶ ἀνέλαβον αἱ κε [ἴσως, λε] μάκωνες πλέονα τόπον δακτυλιαίου μάκωνος. Ἐλάττονα τιθεὶς τὴν διάμετρον τᾶς μάκωνος, ὑποτίθεμαι ὡς τετρακοστομόριον εἶμεν δακτύλου καὶ μὴ ἐλάττονα· βουλόμενος καὶ διὰ τούτων ἀναμφιλογώτατον δείκνυσθαι τὸ προκείμενον. Ἃ μὲν οὖν ὑποτίθεμαι ταῦτα.

Χρήσιμον δὲ εἶμεν ὑπολαμβάνω τὰν κατονόμαξιν τῶν ἀριθμῶν ῥηθῆμεν· ὅπως καὶ τῶν ἄλλων οἱ τῷ βιβλίῳ μὴ περιζητεύοντες τῷ ποτὶ Ζεύξιππον γεγραμμένῳ, μὴ πλανῶνται, διὰ τὸ μηδὲν εἶμεν ὑπὲρ αὐτᾶς ἐν τῷδε τῷ βιβλίῳ προειρημένον.

Συμβαίνει δὴ τὰ ὀνόματα τῶν ἀριθμῶν ἐς τὸ μὲν τῶν μυρίων ὑπάρχειν ἁμῖν παραδεδομένα· καὶ ὑπὲρ τῶν μυρίων μὲν ἀπαρκεόντως ἐγγινώσκομεν, μυριάδων ἀριθμὸν λέγοντες, ἐς τὰς μυρίας μυριάδας.

Ἔστω οὖν ἁμῖν, οἱ μὲν νῦν εἰρημένοι ἀριθμοὶ ἐς τὰς μυρίας μυριάδας,

ſtituebantur ſingulatim, invicem contigua: & Papaveris ſemina 25 [*forte*, 35,] ſpatium occupabant longitudinis pluſquam digitalis. Ego autem, ſumtâ diametro adhuc minore, pono ſeminis Papaveris diametrum, quaſi quadrageſimam digiti partem, *ſaltem* non minorem. Volens ut hinc propoſitum omni procul dubio demonſtratum ſit. Et quidem quæ pono, iſta ſunt.

Utile autem hic exiſtimo, Numerorum Nomenclaturam exponere: ne oberrent alii, qui librum ad Zeuxippum ſcriptum non conſuluerint; ſi nihil ea de re in hoc libro præfatus fuerim.

Habemus utique numerorum Nomina, ad Myriadem uſque, traditione recepta: & quidem ultra Myriadem, ſufficienter nota, recenſito myriadum numero, uſque ad myriadum myriadem.

Nobis autem ſic eſto. Numeri jam dicti, ad myriadum myriadem

usque, dicantur Primi. Numerorum autem primorum myrias myriadum, Unitas dicatur numerorum Secundorum : atque numerentur numerorum secundorum Unitates, & harum unitatum Decades, & Centuriæ, & Millia, & Myriades; usque ad Myriadum Myriadem. Iterumque, myrias myriadum secundorum numerorum, Unitas dicatur Tertiorum numerorum : atque numerentur tertiorum numerorum Unitates, & unitatum Decades, & Centuriæ, & Millia, & Myriades, usque ad Myriadum Myriadem. Atque ad eundem modum, numerorum tertiorum myriadum myrias, Unitas dicatur Quartorum numerorum : & numerorum quartorum myriadum myrias, Unitas dicatur Quintorum numerorum. Atque sic semper procedentes numeri nomina sortiantur, usque ad, Myrio-myresimorum numerorum, Myriadem Myriadum. Et quidem suppetunt ex tanta numero-

Πρῶτοι καλεόμενοι. Τῶν δὲ πρώτων ἀριθμῶν αἱ μύριαι μυριάδες, μονὰς καλείσθω Δευτέρων ἀριθμῶν· καὶ ἀριθμείσθωσαν δευτέρων ἀριθμῶν μονάδες, καὶ ἀπὸ τᾶν μονάδων δεκάδες, καὶ ἑκατοντάδες, καὶ χιλιάδες, καὶ μυριάδες, ἐς τὰς μυρίας μυριάδας. Πάλιν δὲ καὶ αἱ μύριαι μυριάδες τῶν δευτέρων ἀριθμῶν, μονὰς καλείσθω Τρίτων ἀριθμῶν· καὶ ἀριθμείσθωσαν τρίτων ἀριθμῶν, μονάδες, καὶ αἱ ἀπὸ τᾶν μονάδων δεκάδες, καὶ ἑκατοντάδες, καὶ χιλιάδες, καὶ μυριάδες, ἐς τὰς μυρίας μυριάδας. Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τῶν τρίτων ἀριθμῶν μύριαι μυριάδες, μονὰς καλείσθω Τετάρτων ἀριθμῶν· καὶ αἱ τῶν τετάρτων ἀριθμῶν μύριαι μυριάδες, μονὰς καλείσθω Πέμπτων ἀριθμῶν. Καὶ ἀεὶ οὕτως προάγοντες οἱ ἀριθμοὶ τὰ ὀνόματα ἐχόντων, ἐς τὰς μυριακισμυριοστῶν ἀριθμῶν μυρίας μυριάδας. Ἀποχρέωντι μὲν

οὖν

οὕτω καὶ ἀπὸ τοσούτων οἱ ἀριθμοὶ γινωσκόμενοι.

Ἔξεστι δὲ καὶ ἐπὶ πλέον προάγειν. Ἔστων γὰρ οἱ νῦν εἰρημένοι ἀριθμοὶ, Πρώτας Περιόδου, καλούμενοι· ὁ δὲ ἔσχατος ἀριθμὸς τᾶς πρώτας περιόδου, μονὰς καλείσθω, Δευτέρας περιόδου, πρώτων ἀριθμῶν. Πάλιν δὲ καὶ αἱ μύριαι μυριάδες τᾶς δευτέρας περιόδου Πρώτων ἀριθμῶν, μονὰς καλείσθω, τᾶς δευτέρας περιόδου, Δευτέρων ἀριθμῶν. Ὁμοίως δὲ καὶ τούτων ὁ ἔσχατος, μονας καλείσθω, δευτέρας περιόδου, Τρίτων ἀριθμῶν· Καὶ ἀεὶ οὕτως οἱ ἀριθμοὶ προάγοντες, τὰ ὀνόματα ἐχόντων, τᾶς δευτέρας περιόδου, ἐς τῶν μυριακισμυριοστῶν ἀριθμῶν μυρίας μυριάδας. Πάλιν δὲ καὶ ὁ ἔσχατος ἀριθμὸς τᾶς δευτέρας περιόδου, μονὰς καλείσθω, Τρίτας περιόδου, πρώτων ἀριθμῶν· καὶ ἀεὶ οὕτως προαγόντων· ἐς τὰς, μυριακισμυριοστᾶς περιόδου, μυριακισμυριοστῶν ἀριθμῶν μυρίας μυριάδας.

Τούτων

merorum multitudine, quot nobis ſufficiant numeri noti.

Verùm licet etiam ulteriùs procedere. Nempe hactenus dicti, numeri dicantur Periodi Primæ: atque numerus ultimus periodi primæ, Unitas dicatur Primorum numerorum Secundæ Periodi. Iterumque, myrias myriadum primorum numerorum ſecundæ periodi, Unitas dicatur Secundorum numerorum ſecundæ periodi. Et ſimiliter horum ultimus, Unitas dicatur numerorum (ſecundæ periodi) Tertiorum. Atque ſic ſemper procedentes numeri Nomina ſortiantur, uſque ad, ſecundæ periodi, numerorum myrio-myreſimorum myriadem myriadum. Iterumque ultimus numerus periodi ſecundæ, Unitas dicatur numerorum primorum Tertiæ periodi. Atque ſic ſemper proceduntο; uſque ad, Myriadem myriadum, Numerorum myrio-myreſimorum, Periodi myrio-myreſimæ.

His ita denominatis: Si ſint numeri ab Unitate proportionales continuè poſiti, & proximus ab Unitate ſit Decas: Octo eorum primores, cum unitate, ſunt ex iis quos dicimus Primos numeros: Quique hos ſequuntur alii octo, ſunt ex iis quos Secundos dicimus: Cæterique, ad eundem cum illis modum, erunt ex iis numeris, qui dicantur cognomines diſtantiæ, ſuæ octadis numerorum, à primâ numerorum octade. Adeoque primæ quidem numerorum octadis octavus numerus, eſt, mille myriades. Secundæ autem octadis primus, utpote proximè antecedentis decuplus, erit, myrias myriadum; eſtque hic, Unitas Secundorum numerorum: Secundæ autem octadis numerus octavus, eſt, mille myriades ſecundorum numerorum. Iterumque, primus octadis tertiæ, utpote præcedentis decuplus, erit, myrias myriadum ſecundorum numerorum: idemque eſt, Unitas numero-

Τούτων δὲ οὕτως κατωνομασμένων· Εἴκα ἐόντι ἀριθμοὶ ἀπὸ μονάδος ἀνὰ λόγον ἑξῆς κείμενοι, ὁ δὲ παρὰ τὰν μονάδα δεκὰς εἴη· οἱ ὀκτὼ αὐτῶν οἱ πρῶτοι σὺν τᾷ μονάδι, τῶν Πρώτων ἀριθμῶν καλουμένων ἐσσοῦνται· οἱ δὲ μετ' αὐτοὺς ἄλλοι ὀκτὼ, τῶν Δευτέρων καλουμένων· καὶ οἱ ἄλλοι, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον τούτοις, τῶν συνωνύμων καλουμένων ἐσσοῦνται ἀποστάσει τᾶς ὀκτάδος τῶν ἀριθμῶν, ἀπὸ τᾶς πρώτας ὀκτάδος τῶν ἀριθμῶν. Ὁ μὲν οὖν πρώτας ὀκτάδος τῶν ἀριθμῶν ὄγδοος ἐστὶν ἀριθμὸς, χίλιαι μυριάδες. Τᾶς δὲ δευτέρας ὀκτάδος ὁ πρῶτος, ἐπεὶ δεκαπλασίων ἐστὶ τοῦ πρὸ αὐτοῦ, μύριαι μυριάδες ἐσσεῖται· οὗτος δὲ ἐστὶ μονὰς τῶν δευτέρων ἀριθμῶν· ὁ δὲ ὄγδοος τᾶς δευτέρας ὀκτάδος ἐστὶ, χίλιαι μυριάδες τῶν δευτέρων ἀριθμῶν. Πάλιν δὲ, καὶ τᾶς τρίτας ὀκτάδος ὁ πρῶτος, ἐπεὶ δεκαπλασίων ἐστὶ τοῦ πρὸ αὐτοῦ, μύριαι μυριάδες ἐσσεῖται τῶν δευτέρων ἀριθμῶν· οὗτος δὲ ἐστὶ μο-

νὰς

ναὶ τῶν τρίτων ἀριθμῶν. Φανερὸν δὲ ὅτι πολλαὶ ὀκτάδες ἐξοῦντι, ὡς εἴρηται.

Χρήσιμον δὲ ἐστι καὶ τόδε γινωσκόμενον. Εἴκα, ἀριθμῶν ἀπὸ τᾶς μονάδος ἀνὰ λόγον ἐόντων, πολλαπλασιάζοντί τινες ἀλλάλους τῶν ἐκ τᾶς αὐτᾶς ἀναλογίας· ὁ γενόμενος, ἐσσεῖται ἐκ τᾶς αὐτᾶς ἀναλογίας, ἀπέχων ἀπὸ μείζονος τῶν πολλαπλασιαξάντων ἀλλάλους, ὅσους ὁ ἐλάττων τῶν πολλαπλασιαξάντων ἀπὸ μονάδος ἀνὰ λόγον ἀπέχει· ἀπὸ δὲ τᾶς μονάδος ἀφέξει ἑνὶ ἐλάττονας ἢ ὅσος ἐστὶν ἀριθμὸς συναμφοτέρων, οὓς ἀπέχοντι ἀπὸ μονάδος οἱ πολλαπλασιάξαντες ἀλλάλους. Ἔστων γὰρ ἀριθμοί τινες ἀνὰ λόγον ἀπὸ μονάδος, οἱ α β γ δ ε ζ η θ ι κ λ, μονὰς δὲ ἔστω ὁ α· καὶ πεπολλαπλασιάσθω ὁ δ τῷ θ· ὁ δὲ γενόμενος ἔστω ὁ χ. Εἰλήφθω δὴ ὁ ἐκ τᾶς αὐτᾶς ἀναλογίας ὁ λ, ἀπέχων ἀπὸ τοῦ θ τοσούτους, ὅσους ὁ δ ἀπὸ μονάδος ἀπέχει· Δεικτίον, ὅτι ἴσος ἐστὶ ὁ χ

τῷ λ.

merorum Tertiorum. Conſtat utique, multas octades ſic continuè ſequi, ut dictum eſt.

Utile etiam eſt hoc cognitu: Si, numerorum ab Unitate continuè proportionalium, aliqui ſe mutuò multiplicent in eâdem analogiâ conſtituti: Factus, etiam erit ex eâdem analogiâ; à mutuò multiplicantium Majore totidem diſtans, quot eorum multiplicantium Minor diſtet ab Unitate proportionaliter; ab Unitate autem diſtans, uno minus quam eſt numerus ſimul Uterque, quibus ſe mutuò multiplicantes diſtent ab Unitate. Sunto enim numeri aliquot ab unitate continuè proportionales, α β γ δ ε ζ η θ ι κ λ, quorum α ſit Unitas: atque multiplicetur δ per ϑ, ſitque factus χ. Sumatur autem, ex eâdem analogiâ, λ; totidem à ϑ diſtans, quot δ diſtat ab unitate. Oſtendendum eſt, quod χ æquetur λ. Quippe cum, con-

Ὡς μὲν οὖν ἐνεχώρει, οἱ παρ' αὐτοῦ εἰρημένοι ἀριθμοὶ, μετρίως ἐσαφηνίσθησαν. Ἰστέον δὲ, ὅτι καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Περγαῖος ἐν τῷ Ὠκυτοκίῳ, ἀπέδειξεν αὐτὸ δι' ἀριθμῶν ἑτέρων, ἐπὶ τὸ συνεγγὺς μᾶλλον ἀγαγών. Τοῦτο δὲ ἀκριβέστερον μὲν

εἶ

$2017\frac{1}{4}$. Cumque arcus $\gamma\beta$ sit circuli pars sexta: erit igitur $\eta\gamma$, pars duodecima; & $\vartheta\gamma$, vigesima-quarta; & $\varkappa\gamma$, quadragesima-octava; & $\lambda\gamma$, pars nonagesima-sexta. Adeoque $\lambda\gamma$ recta, Polygoni latus est, latera habentis 96. Estque $\lambda\gamma$, 66. Ergo, *Ambitus Polygoni ad Circuli Diametrum, majorem rationem habet, quam 6336 ad* $2017\frac{1}{4}$: *Quæ quidem horum tripla sunt, atque adhuc* $284\frac{1}{4}$, *quod plus est quam decem septuagesimæ-primæ.* Pars utique septuagesima, est $27\frac{1}{2}\frac{1}{8}$ proxime; hujusque decuplum, 277. [Imo illud est, $28\frac{117}{284}$; hoc, $284\frac{17}{142}$; quod tamen minus est $284\frac{1}{4}$.] *Adeoque multo magis, Ambitus Circuli est plusquam Diametri triplus cum decem septuagesimis-primis.*

Sic igitur, prout potui, numeros ab ipso traditos, mediocriter explicavi.

Sciendum autem est, quod *Apollonius Pergæus*, in *Ocytoboo*, idem aliis numeris ostendit; atque ad majorem

jorem approximationem rem perduxit. Quod quidem accuratius videatur; sed non erat, ad *Archimedis* propositum, necessarium. Diximus enim, id ei in hoc libro propositum fuisse, ut quod vero propinquum sit inveniret, ad necessarios in vita usus accommodatum. Adeoque nec *Porus Nicænus* reperietur, *Archimedem* merito reprehendisse, *Quod non invenerit Accurate, Cui lineæ rectæ æquetur Circuli Peripheria.* Unde idem, in *Ceriis*, ait, Præceptorem suum (*Philonem* innuens *Gadarensem*) ad accuratiores numeros rem perduxisse, quam, qui sunt ab *Archimede* traditi, 7 & 22. Videntur enim pariter omnes propositum ejus non animadvertisse. Utuntur autem illi, Myriadum multiplicationibus & divisionibus, quas non facile assequetur qui non fuerit in *Magna Logisticis* versatus. Siquis autem omnino vellet ad minimum rem redigere: opus esset, ut ea probe intelligat, quæ in, *Claudii*

εἶναι δοκεῖ· καὶ χρήσιμον δὲ πρὸς τὸν Ἀρχιμήδους σκοπόν. Ἔφαμεν γὰρ αὐτὸν σκοπὸν ἔχειν, ὃν τῷδε τῷ βιβλίῳ, τὸ συνεγγὺς εὑρεῖν διὰ τὰς ἐν τῷ βίῳ χρείας. Ὥς τε οὐδὲ Πόρος ὁ Νικαεὺς δικαίαν εὑρηθήσεται μέμψιν ἐπάγων Ἀρχιμήδει, ὡς μὴ ἀκριβῶς εὑρόντι, Ποία εὐθεῖα ἴση ἐστὶν ἡ τοῦ κύκλου περιφέρεια. Ἐξ ὧν αὐτὸς ἐν τοῖς Κηρίοις φησί· τὸν ἑαυτοῦ διδάσκαλον, Φίλωνα λέγων τὸν ἀπὸ Γαδάρων, εἰς ἀκριβεστέρους ἀριθμοὺς ἀγαγεῖν, τῶν ὑπ' Ἀρχιμήδους εἰρημένων, τοῦ τε ζ φημὶ καὶ τῶν κβ. Ἅπαντες γὰρ ἐφεξῆς φαίνονται τὸν σκοπὸν αὐτοῦ ἠγνοηκότες· κέχρηνται δὲ καὶ τοῖς τῶν μυριάδων πολλαπλασιασμοῖς καὶ μερισμοῖς· οἷς οὐκ εὔκολον παρακολουθεῖν, τὸν μὴ διὰ τῶν Μάγνου Λογιστικῶν ἠγμένον. Εἰ δέ τις ὅλως ἐβούλετο εἰς ἔλαττον αὐτὸ καταγαγεῖν· ἐχρῆν τοῖς ἐν τῇ Μαθηματικῇ Συντάξει Κλαυδίου Πτολεμαίου εἰρημένοις ἀκολουθοῦντα, διὰ τῶν μοιρῶν καὶ λεπτῶν,

καὶ

καὶ τῆς ἐν τῷ κύκλῳ εὐθειῶν τούτου ποιεῖν. καὶ πεποιήκειν ἂν ἐγὼ τοῦτο, εἰ μὴ, ὅπερ πολλάκις εἶπον, ἐνενόουν, ὡς οὔτε ἀκριβῶς δυνατόν, διὰ τῶν ἐνταῦθα εἰρημένων, εὑρεῖν, τῇ τοῦ κύκλου περιφερείᾳ ἴσην εὐθεῖαν. Καὶ εἴ τις τὸ σύνεγγυς καὶ παρὰ μικρὸν περισκέψοι· ἀρκεῖ τὰ ὑπ' Ἀρχιμήδους ἐνταῦθα εἰρημένα.

Εὐτοκίου Ἀσκαλωνίτου Ὑπόμνημα, εἰς τὴν Ἀρχιμήδους τοῦ Κύκλου Μέτρησιν· Ἐκδόσεως παραναγνωσθείσης τῷ Μιλησίῳ Μηχανικῷ Ἰσιδώρῳ, τῷ ἡμετέρῳ διδασκάλῳ.

dii Ptolemæi, *Mathematica Constructione* tradita ſunt : perque Partes & Minuta, Rectaſque Circulo accommodatas, rem expediat. Quod & ipſe feciſſem, niſi quod animadverterim (quod ſæpe dixi) non poſſe, per ea quæ hic tradita ſunt, Rectam inveniri quæ Circuli peripheriæ ſit Accurate æqualis. Sin id quis reſpiciat, quod prope ſit, quodque tantillo abſit; ſufficiant ea quæ hic ſunt ab Archimede tradita.

Eutocii Aſcalonitæ Commentarius, in Archimedis Dimenſionem Circuli. Recognitâ editione à Mileſio Mechanico, Iſidoro, Præceptore meo.

IN ARCHIMEDIS Arenarium.

Notæ & Emendationes *JOHANNIS WALLIS.*

HUJUS libri duas habemus editiones Græcas: Alteram *Basileæ*, ex officina *Johannis Hervagii*, curante (ut videtur) *Thomâ Gechauff*, seu *Venatorio*, Anno 1544: Alteram, à *Davide Rivalto* recognitam, *Parisiis* Anno 1615. Quarum ego, priorem, multo potiorem habeo. Quamquam enim *Rivaltus* illam, in levioribus quibusdam, emendavit: ubi tamen erat nodus vindice dignus, nihil est molitus. Quæque mutavit, id fecisse videtur, non authoritate Codicis alicujus fide dignioris: sed ex conjecturâ suâ; eâque non in omnibus (nequid gravius dicam) satis felici. *Hervagius* autem, cum videatur etiam ea loca, quæ manifesto erant depravata, ita edidisse ut in Manuscripto Codice reperta fuerant: nobis interim integrum reliquit, per veri quæ supersunt vestigia, nostras etiam conjecturas interponere, absque τοῦ ἀντιγράφου ἀξιώματος præjudicio. Atque ob eandem causam, etiam mihi visum est, in his notis, fideliter exhibere, quomodo se res habet in editione Basiliensi: ut sicui meæ conjecturæ non satisfaciant, liberum sit ipsi suo uti judicio.

Interpunctionum tamen distinctiones, utpote pessimè positas, (quæque sensum turbabant magis quam illustrabant,) singulatim notare non videbatur operæ pretium; quas ego utique pro nullis habui, totamque interpunctionem de novo institui. Cetera quod spectat, editionem Basileensem quantum licuit secutus sum. Menda autem quæ frequentissima erant, conjecturâ sustuli: sed quæ vel veri

M vestigiis

vestigiis (ut ut fugientibus) vel sententiæ necessitate firmata erat.

Versiones Latinas tres habemus; Primam, ab *Hervagio*, cum Græco textu editam; sed antiquiorem (ut videtur) quam erat ea editio: Alteram, *Commandini*; quam reliquis præfero: sed quæ, propter mendosum codicem Græcum (de quo sæpe queritur Commandinus,) à vero sensu non rarò discedit; atque alibi, sensum potius sequitur quam verba: Tertiam *Rivalti*; qui Commandini versionem & notas vel non legisse videatur, vel neglexisse; multa enim à Commandino recte posita, sunt apud ipsum in pejus mutata. Ego autem, cum textum Græcum sæpiùs emendare necesse habui; novam versionem, sic mutato, accommodavi: insertis subinde, alio charactere, stricturis brevibus, quæ sensui illustrando inserviant.

Quæ autem in Editionis Basileensis textu Græco, aut mutavi, aut notanda censui, hæc sunt.

Lin. 1. Pro βασιλευογέλων, substituo (cum Rivalto) βασιλεῦ Γέλων quod post habetur, lin. 911.

Lin. 2. Ἀριθμὸν suppleo, ex sententiæ necessitate. Scriptum forte aliquando erat τ pro ἀριθμὸν, (ut infra, *lin.* 28.) quod postea librariorum sive inscitiâ sive incuriâ, aut excidit, aut (quod potius putaverim) in τ̃ transiit. Adeoque, si placet, etiam τ̃ expungas, tanquam non suo loco positum; aut, si mavis, transponas; legasque τ̃ τ̃ ψάμμου ἀριθμόν.

Lin. 7. οἰκημέναν retineo, tanquam præteriti passivi Participium, ut ut sine augmento temporali. Malim tamen, vel ᾠκημέναν, vel οἰκευμέναν.

Lin. 7, 8. 9. pro ἐντὶ τινὲς δὲ αὐτὸν ἄπειρον εἶμεν οὐχ' ὑπολαμβάνοντι; Rivaltus habet, ἐντὶ τινὲς δὲ οἱ αὐτὸν ἄπειρον μὲν οὐκ ἦμεν ὑπολαμβάνοντι, (repetendo τι, inserendo οἱ, mutando εἶμεν οὐχ' in μὲν οὐκ ἦμεν, & —ναντι in —νοντι.) Ego simpliciùs, (substituto tan-

tum

tum ἐς pro ἐν, & ἄμμιν pro ἐνίμιν,) lego ἐς τινὸς δὲ αὐτὸν ἄπειρον ἦμεν ὑχ' ὑπολαμβάνοντι. Dico autem ἐς τινὸς potius quàm ἔς τινος, tum quia τινὸς est hoc loco emphaticum, utpote in contradistinctione positum, (quo casu rarius inclinant accentum suum voces encliticæ;) tum maxime, quoniam, in hoc libro, rarissima est accentus inclinatio. Cui mori itaque me accommodo. Quod semel monitum esto; cujus recurrit occasio frequens.

Lin. 12. pro ὧ, restituo (ex margine) οὕτως, & similiter infra, lin. 81.

Lin. 14. 15. pro τοῦ μὲν ἀλίκχον ὁ πᾶς γδ', (Riv. τοῦ μὲν &c.) restituo, ἦμεν, ἁλίκος ὁ πᾶς γᾶς unde sensus redditur perspicuus, loco pridem deplorato.

Lin. 16. τῶν τι πλαταγάων πάντων καὶ τῶν. Rivaltus, mutato ordine, legit τῶν πλαταγάων πάντων τι τῶν. Sed ego non video quid mutato opus sit; nisi malis Doricum παντῶν, pro πάντων.

Lin. 19. pro μήγυσιν τι (quæ est vox nihili) lego μὲν ἐχῶντι.

Lin. 25. pro κατωνομασμένων, restituo (cum Riv.) κατωνομαξμένων, (& similiter l. 495.) prout hoc supra habetur, lin. 10.

Ibid. ἐνδεδομένων. nescio annon legendum sit ἐκδεδομένων, (ut infra, lin. 40. ἐξέδωκε.) retineo tamen.

Lin. 27. γεγραμμένοις rescribo pro γεγαμμένοις.

Lin. 28. pro τὸν ϛ, restituo τὸν ἀριθμόν. Nempe, cum Diophantus, aliique forsan Algebristæ Græci, quod *Radicem* aut *Rem* aut etiam *Numerum* nunc dicimus, dixerint ἀριθμὸν, ejusque notam fecerint ϛ; (vel huic non absimilem:) hinc factum est, ut librariis ϛ & ἀριθμὸς haberentur pro eodem; estque in libris MSS frequens: adeoque hic τὸν ϛ posuerint pro τὸν ἀριθμὸν, iterumque (lin. 588.) ἀριθμὸς pro ϛ senarii numeri nota. Idem accidisse credo lin. 2, nempe, ϛ, pro ἀριθμὸν aliquando positum, tandem excidisse, vel in τὸν mutatum.

Lin. 28, 29. τῶ μέγεθος ἔχοντος, lego, pro τῶ μεγέθεος ἔχοντος. Lapſus librariis facilis erat, propter τῶ præcedens. Similiter, μέγεθος reſtituo pro μεγέθεος vel μεγέθευς, lin 31, 84, 627, 657, 666, 702, 736, 804. Sed lin. 770, 839, 847, 851, 857, 884, 906. recte habebatur μέγεθος.

Lin. 29. τῶ γᾶ περιλαμβανομένω, retineo, abſque iota ſubſcripto; quoniam id Dorici moris eſt: (& ſic ſemper.) Rivaltus autem (quod non probo) ubique illud iota ſupplet. Quod ſemel monitum eſto. Sicubi hic reperiatur, incauto fit.

Lin. 31. μέγεθος reſtituo, pro μεγέθεος.

Lin. 32. pro δὲ διότι, lego δὲ ὅτι. & ſimiliter forte legendum lin. 385.

Lin. 35, 36. ἁ δὲ τῶ κέντρου ἀχθεῖσαι τᾶ. (Riv. τᾷ ἀχθείσᾳ τᾷ.) Lego ego (quod ſenſus poſtulat) ἁ δὲ ἐκ τοῦ κέντρου ἴσα τᾶ ἀχθείσα τᾶ. Nempe ἁ pro ἡ, propter Doricam dialectum, quæ hic perpetua eſt. ἐκ ſuppleo, quod exciderat. lacunam impleo voce ἴσα, quam ſenſus poſtulat, vociſque ἀχθεῖσαι, ultimum ι deleo, (propter ſyntaxin,) quod forte, aliquando ſubſcriptum tandem in lineam irrepſit. eſt autem, ἡ ἐκ τοῦ κέντρου, recepta periphraſis pro ſemidiametro.

Lin. 36, 37. ταῦτα γάρ. Putaverim aliquando ſubſtituendum, ταῦτα δέ. ſed non opus; quippe hic Ariſtarchum citat, pro ea apud alios vocis κόσμου acceptatione, ab ipſo autem mutata.

Lin. 40. ὑποθεσιῶν retineo, quia Dorici moris eſt Genitivos plurales ſæpiſſime, præter aliorum morem, circumflectere. Rivaltus habet, ὑποθεσίων τινῶν ſed τινῶν redundat. Nam ταῖς γεγραφομέναις ὑποθεσιῶν, eſt pro ταῖς γεγραφομέναις ὑποθέσεσι; quæ conſtructio hic frequens eſt. *Malim* tamen ὑποθέσεων vel ὑποθεσίων.

Lin. 51, 52. pro πηλικαύταν ἁμῶν. ἔτι ὥς τι, lego πηλικαύταν ἁμῶν, ὥς τι. deleto ἔτι. Rivaltus porro, neſcio qua ratione, πηλίκον ſubſtituit pro πηλικαύταν.

Lin. 55. lego οἵαν pro οἱαν.

Lin.

Lin. 57. ἀδύνατον ἐστιν. Rivaltus, accentu inclinato, legit ἀδυνατόν ἐστιν. & similiter sæpe. Ego retineo, tum hic tum alibi, ut scriptum reperio: eo quod, per totum hunc tractatum, id moris esse deprehendo.

Lin. 63. restituo ἐπειδὴ τὰν γᾶν, pro ἐπειδὴ τῶν γᾶν. Rivaltus habet ἐπεὶ δὲ, sed non probo. Credo hoc ab eo ideo mutatum, quia retulerat præcedens τόδε ad ante dicta; cùm referendum sit ad jam dicenda.

Lin. 64. pro ὡς περὶ, restituo ὥς περ. & similiter lin. 88. 106.

Lin. 67. repono ἃ pro ἣ, modo Dorico.

Lin. 68. pro καθ' ὃν τῶν γᾶν ὑποτίθενται, repono καθ' ὃν τὰν γᾶν ὑποτίθεται. Et sic Rivaltus, nisi quod perperam habeat καθ' ὃ pro καθ' ὅν.

Lin. 70. pro ἁπλῶν, restituo (cum Riv.) ἁπλαῶν, quod habetur lin. 49. nisi malis ἁπλανέων, ut lin. 80, 859, 866, 874, 879, 890, 907.

Ibid. σφαῖραν lego, pro σφαίραν. Et sic ubique. Nam Basileensis fere semper habet σφαίραν, & σφαίραν. Sed hoc modi Dorici esse potest, qui χέιρες dicunt pro χεῖρες, atque hic infra lin. 134. χέιρας pro χεῖρας. Adeoque, si mavis, retine.

Lin. 71. ἀποδείξιας repono cum Rivalto pro ἀποδείξιος. Dici posset ἀποδείξεις, vel ἀποδείξιας, sed illud præfero (cùm aliquid necessario mutandum sit) quoniam hanc formam in vocibus aliis ut plurimum sequatur.

Lin. 72. ὑποκειμένων lego, pro ὑποκείμενον.

Lin. 78. τηλικαύτας retineo; pro quo Riv. citra necessitatem, legit τηλίκας.

Lin. 79. τὰν lego pro τῶν.

Lin. 81. pro, καὶ οὐ τινὰς, δειχθεῖσι τῶν ἐν ἀρχαῖς τῶν φιλοτομηθεισῶν ἐχόντων, Rivaltus habet, καὶ οὕτω τινὰς δειχθείσας τῶν ἐν ἀρχαῖς τῶν κωνοτομικῶν ἐχόντων. Ego sic restituo, καὶ οὕτως, τινὰς δειχθέντων ἐν ἀρχαῖς τῶν κωνοτομικῶν ἐχόντων. Substituto οὕτως pro οὐ, ut lin. 12.

 &c

& δειχθέντων pro δειχθῶσι τῶν, & κατωνομασμασίαν pro κατωνομαζιῶν. Nempe, τινὰς τῶν ἐχόντων ὑπερβάλλοντας, cùm sint generis masculini, respiciunt ἀριθμὼς, non autem κατωνομασμασιῶν. Et quidem, propter Doricam dialectum, si hoc vel maxime foret casus genitivi, scribendum esset, κατωνομασμασιᾶν, non -ῶν. Atque tum syntaxis postulabit —σίαν dici, potius quam -σιᾶν, (nam de ζ non est ut simus soliciti.) Facilisque lapsus judicabitur scribentium δειχθῶσι τῶν pro δειχθέντων, præsertim cum nihil sit quo illud δειχθῶσι respiciat. Scriptum forte, pro δίχθεντων, aliquando fuerat δείχθει τῶν· posteriores autem librarii, τῶν articulum reputantes, & δίχθει vocem nihili, reponebant δειχθῶσι, ut, si non sensum, vocem saltem haberent Græcam. Denique, illud ἐν Ἀρχαῖς, titulum exhibere videtur libri prius citati, ad Zeuxippum scripti. Atque hoc potius dixerim, quam libri titulum fuisse Ἀρχὰς τῶν κατωνομασμασιῶν, propter τῶν articulum masculini generis, (Dores enim τᾶν in feminino dicunt,) adeoque ad ἐχόντων referendum. Estque sic, locus ante deploratus, factus perspicuus.

Lin. 84. pro τῶ μεγέθευς ἔχοντι τὸ repono τῶ μέγεθος ἔχοντος ut lin. 28.

Lin. 85. τᾷ εἰρημένᾳ repono (propter Doricam dialectum) pro τῇ εἰρημένῃ.

Lin. 86. τῶνδε repono pro τῶν δὲ.

Lin. 87. pro τῶν restituo τ, & similiter lin. 96. Verùm hic notandum venit, quod literæ Græcæ quoties vel ad similes in schemate respiciunt, aut etiam numeros Cardinales denotant, soleant in libris MSS parallelâ lineâ superne notari; (sed accentu acuto, quoties numeros Ordinales denotant.) Atque illud quidem hic observatum vellem. Sed cum videam hoc Typothetis nimiam creaturum molestiam, omittendum censui. Quod semel moneo.

Lin. 88. pro μείζων repono μὴ μείζω· sensu & syntaxi postulante.

Ibid.

Ibid. καὶ πὶρ lego pro καὶ περὶ, ut ſupra, lin. 64.

Lin. 90. καθὼς & παρεχηθλυθὼς lego, pro καθῶς & παρεχηλύθεις.

Lin. 92. καθεὶς eſt participium à καθίημι, quod Rivaltus perperam exponit *ſingulatim*, quaſi eſſet καθ' ἕις.

Lin. 93. δεκαπλάσιον repono pro δεκαπλασίων, ſyntaxi poſtulante. Niſi malis δεκαπλασίονα.

Lin. 94. δεδοξασμένω lego pro δεδοξασμένων, propter articulum τῶ præcedens. Sed facilis, tum hic, tum alibi, lapſus erat propter tot voces in ων deſinentes.

Lin. 96. pro ὡς τῶν λ˘λ σταδίων καὶ μάζων, Rivaltus habet, ὡς τῶ λλ σταδίων καὶ μάζων. Sed dicit, in MS ſe reperiſſe ὡς τῶν μ σταδίων καὶ μὴ μάζων. Omnino legendum eſt, (quod itaque repoſui,) ὡς τ μυριάδων σταδίων καὶ μὴ μάζω. Et quidem non dubito, quin aliquando ſcriptum fuerit ὡς τ̄ Mʷ (hoc eſt, τριακοσίων μυριάδων,) vel forte τᾶν μυ. Sed facili errore (præſertim librariis rem minus intelligentibus) τ̄ in τῶν tranſiit, (aut ων deſuperne fuit in lineam reductum:) & μʷ in μ (ut in Rivalti MS) vel in λ˘λ ut in editione Baſileenſi, (quo, in typorum defectu, utcunque imitarentur quod non intelligebant,) atque hoc demum in λλ, ut in editione Rivalti, (quo ille, ſine ullo exemplo, inſinuari exiſtimat *tercentum* myriades; ſicut, per unicum λ, *triginta.*) Et quidem quod τ̄ Mʷ recte legatur, omnino certum eſt, ex ſententiæ tenore. Quippe cum antiquiores poſuiſſe, dicat, quaſi 30 myriadum fuiſſe; ipſumque ſe, prius poſiti, decuplum largiri: certum eſt, permiſiſſe ſe ut 300 myriadum eſſe dicatur. Poſtulat autem, ad demonſtrationem ſuam, ut ſaltem non major ſit (Telluris ambitus) quam ſtadiorum 300 myriadum. (Ut ex ſequentis demonſtrationis tenore liquet.) Quod non iniquum eſſe poſtulatum, oſtendit, cum pluſquam decuplum largiatur, illius quod

alii

alii putaverint. (Nam, Rivalto referente, *ab Eudoxo, Eratosthene, & aliis, ponebatur* 252000 *stadiorum duntaxat.*) Non possum itaque non mirari, cur Rivaltus, cùm in MS invenerit μὴ μείζων, illud μὴ expunxerit, dicatque, *nullatenus admittendum*; (quo expuncto, perit demonstrationis vis:) restituo igitur; tum hic, tum lin. 88. & 141.

At pro μείζων rescribo μείζω, quò constet syntaxis, (nisi malis μείζονα.) Verum hoc minus audacter facio, quod hæc constructio (vocis rectæ pro obliqua) toties hic recurrat, ut fere suspicer, sapere hoc aliquid Doricæ dialectus. Quippe non modo pro μείζω vel μείζονα habemus μείζων lin. 88. 96. 362. 365. & pro μεῖζον lin. 416, 582. sed & διπλασίων pro διπλάσιον lin. 93. & τριπλασίων pro τριπλασίονα lin. 403. τριακονταπλασίων pro τριακονταπλασίονα lin. 363. ἐλάσσων pro ἔλασσον, lin 629, 738. 772, 782, 807. 842, 860, 885. πῆχυ pro πῆχυς lin. 151. ἀποχωριζόμενος pro ἀποχωριζομένου lin. 160. ἔχοντα pro ἔχοντι, lin. 131. pro ἔχοντα lin. 659. 668, 737, 771, 806, 840. Sed hæc omnia, & siqua sunt horum similia, librariis potius imputaverim, quam putaverim ab authore consulto posita. Adeoque syntaxin suis locis restituo.

Lin 98. ἀριθμὸν rescribo pro ὁκὶ ριθμὸν.

Lin. 106. καὶ περ pro καὶ περὶ, ut lin. 64, 88.

Lin. 107. Εὐδόξου μὲν pro εὐδόξουμὲν.

Lin. 108. διπλάσιον retineo, sed malim διπλασίονα, ut lin. seq. aut διπλασίονα, ut alibi.

Lin. 113. ὀκτωκαιδεκαπλασίων, conjunctim lego, pro ὀκτὼ καὶ δεκαπλασίων. Mallem autem -πλασίονα, & similiter ubique. Quippe apud Euclidem, & alibi, aliud est -πλάσιος, aliud -πλασίων. Verum quum hæc (sive ex animo Authoris, sive ob librariorum incuriam) promiscue videantur usurpari: non muto, & pariter in sequentibus, quod semel monitum esto.

Lin.

Lin. 116. ἀναμφίλογον, repono (cum Riv.) pro ἀμφίλογον propter ἀναμφιλογώτατον similiter occurrens, lin. 430.

Lin. 117. 118. ſuppleo (ex lin. 104.) οὐ ἀλλὰ τᾶς διαμέτρω, quæ excidiſſe puto occaſione recurſus vocum ſimilium.

Lin. 119. τριακονταπλασίων repono pro τριακονταπλασίονας. & μείζονα pro μειζόνων, niſi malis μείζω. Forte, μείζων aliquando ſcriptum fuerit pro μείζω, (ut lin. 96. &c.) poſterioreſque aliqui librarii, (quo ſyntaxeos aliqua ratio haberetur,) repoſuerint μειζόνων.

Lin. 126. τὸν ἅλιον pro τοῦ ἅλιον.

Lin. 129. ἐπειρᾶθην retineo. Rivaltus reſtituendum putat ἐπειρᾶθη, (atque ſic interpretatur,) ſed fallitur. Non enim Ariſtarchi, ſed ſui ipſius obſervationem refert Archimedes.

Lin. 130. pro ὡς ἂν, reſcribitur εἰς ἂν, ſed ſcriptum potius vellem ἐς ἂν: quoniam, apud hunc, quoties ſignificat *ad*, reperio ut plurimum ἐς ſcriptum non εἰς; ſed εἰς cum ſignificat *in*. & ſimiliter fere *lin.* 142, 145, 171, 185, 213, 223, 232, 268, 351.

Lin. 131. ἔχωντι reſcribo pro ἔχοντι.

Lin. 134. χεῖρες reſcribo pro χέρες, ſin mavis, retine. Nam χέρες dicunt Dores in nominativo pro χεῖρες, adeoque & χέρας in accuſativo pro χεῖρας.

Lin 137. ἄχαιρον hic perperam habetur, pro εὔκαιρον. Calamo itaque emendes.

Lin. 141. pro μείζων, reſtituo μὴ μείζων, inſerto μὴ quod exciderat, ut ſupra lin. 88, 96.

Lin. 142. ἐς ἂν repono, pro ὡς ἂν.

Lin. 143. ἐμπεριέχῃ retineo, (& ſimiliter alibi quoties occurrit.) Rivaltus reponit ἐμπεριέχει, (quod habetur lin. 131,) & ſic alibi, ſed non opus: cum modus ſubjunctivus non minus conveniat; & Dores etiam ſæpe utantur Subjunctivo pro Indicativo.

Ibid. ἔχωντι retineo, & ſimiliter quoties ſic occurrit;

rit; ut referatur ad ἐς ἂν, quamquam & ἐχόντας non male diceretur (ut referatur ad γωνίας) ficut lin. 187. habetur.

Ibid. τᾶ restituo quod exciderat. Nempe ποτὶ τᾶ ὄψει alibi solet dicere.

Lin. 145. ἅ τις pro ἅ τις.

Ibid. ἐς ἂν pro ὡς ἂν.

Lin. 147. τᾶ pro τῇ.

Lin. 148, 149. ἐπὶ πέδον repono (cum Rivalto) pro ἐπίπεδον.

Lin. 150. ἡμίσειαν rescribo pro ἥμισυν. Et ὀρθᾶς rescribe tu, pro ὀρθῶς.

Lin. 151, 152. τεθέντος pro τεθῇ.

Lin. 152. ὀρθοῦ retineo. Rivaltus perperam substituit ὀρθῶν, & sensum pervertit. Putat enim cylindrum debere super regulam jacere; notasque longas inserit quæ huc faciant. Sed frustra est: erigendus utique cylindrus est ad regulam normalis.

Lin. 154. ἐόντος repono pro ἰόντος. Tum quia sequitur ποτὶ cum dativo, non cum accusativo; tum quia observatio instituenda est, non, sole ad Horizontem accidente; sed, Horizontem jam supergresso, at juxta Horizontem adhuc existente; hoc est, μικρὸν ὑπὲρ τὸν ὁρίζοντα ἰόντος, ut lin. 245. Et quidem ποτὶ τῷ ὁρίζοντι est *apud* horizontem; sed, *ad* Horizontem, ποτὶ τὸν ὁρίζοντα, illud existentiam in loco; hoc, accessum ad locum, innuit. Quod cum hic non observaverint interpretes, sensum obscurum reddiderunt.

Ibid. ὁρίζοντι rescribo pro ὁριζόντι, (& similiter lin. 246, 259.) quamquam id ferri possit; cùm soleant Dores accentum sæpe promovere: ut ἀνθρώποι pro ἄνθρωποι, &c.

Lin. 155. pro δυναμένον τῶ, restituo δυναμένου, sensu postulante, & syntaxi. Rivaltus habet δυναμένου τῶ, sed τῶ melius abest.

Ibid. ἐπιγραφῆ rescribo pro ἐπιγραφῇ, (nisi malis ἐπιγραφῆ

ἱστορῶντι in Subjunctivo, quam pro Indicativo sæpe adhibent Dores.) Exponendum autem hoc (& reliqua quæ huc spectant) Indicativè, non (quod faciunt Interpretes) Imperative. Quippe non tam docet quomodo instituenda sit observatio; quam narrat quomodo ipse instituerit, & quid inde acquisiverit. Quod non animadverterunt Interpretes.

Lin. 156. ἀ ὄψις rescribo pro ἀ ὀψίς. Rivaltus (typothetæ credo errore) habet ἀψίς.

Lin. 157. κατεστάθη rescribo pro καθιστάθη, ut sit reliquis conforme.

Lin. 158, 159. τῶ τε pro τοῦτ'. secus enim τ in θ transiret propter sequentem vocalem aspiratam.

Lin. 160. ἀποχωριζομένα, pro ἀποχωριζόμενος. Et sic Rivaltus.

Lin. 161. ἄρξατο retineo, ut ut sine augmento. Sed malim ἤρξατο.

Lin. 162. μικρὸν rescribo pro μικρῶ. Cui consentit, τι τῶ ἁλίω lin. 174.

Lin. 163. κατεστάθη pro κατεστάθη, ut lin. 155. 157.

Lin. 165. pro ἁμᾶν, Rivaltus quem hic sequor recte habet ἁ μᾶν, disjunctim. Sed perperam exponit, *sic enim accidit*: dixisset potius *si enim accideret*. Sensumque loci omnino non assequitur.

Lin. 167. pro εὐθεῖαν ἀχθεῖσαν, restituo εὐθειᾶν ἀχθεισᾶν. Et pariter, in sequentibus, sæpius, ut lin. 169, 170, 171, 182, 183, 184, 185. 218, 220, 321, 325, 326, 329. 605, 640, 641, 680, 716, 749. 750, 775. 784, 785, 819.

Lin. 169. pro ἐπιψαυουσᾶν, (Riv. ἐπιψαυουσαν.) restituo ἐπιψαυουσᾶν.

Lin. 169, 170. ἁ περιεχομένα γωνία retineo; pro quo Riv. perperam substituit τᾶ περιεχομένᾳ γωνίᾳ.

Lin. 170, 171. pro τὰν ἀχθεῖσαν, restituo τᾶν ἀχθεισᾶν. Et sic Rivaltus.

Lin. 171. pro ἐλάσσων κα ὡς τὰς. (Riv. ἐλάσσονι τὰς.) Lego, ἐλάσσων κα ἂν τᾶς substituto ἂν pro

pro ὡς. Est autem κα Doricum expletivum, & encliticum; passim in hoc tractatu occurrens. Illud autem cum non animadverterint Librarii; quoties hoc occurrit, textus fere semper est depravatus, ut lin. 201, 202, 319, 388, 585.

Lin. 171, 172. ἐς ἂν pro ὡς ἂν.

Lin. 176, 177. pro ἀφανῆ σημεῖον, restituo (ex lin. 76.) ἀφ' ἑνὸς σαμείου.

Lin. 179. pro ὄψεις (Riv. ἡ ὄψις) rescribo ὄψιος, ut habetur lin. 189.

Lin. 181. κανόνος pro κανάνος.

Lin. 182. κατεστάθη pro κατεσταθῆ.

Lin. 182, 183. pro ἀχθεῖσαι ὀθεῖσαι ἐπιψαύουσαι (Riv. ἄχθη αἱ,) rescribo ἀχθεισᾶν ὀθεισᾶν ἐπιψαυουσᾶν.

Lin. 184, 185. pro τὰν ἀχθεῖσαν, lego τᾶν ἀχθεισᾶν.

Lin. 185. ᾶ pro ᾶς.

Lin. 185, 186. ἐς ἂν pro ὡς ἂν.

Lin. 187. ἐχόντας retineo, quamquam alibi fere semper in hac formula habeatur ἔχοντι.

Lin. 189. τόνδε τὸν rescribo pro τόνδε· & διεζόκεται pro διεζήσκεσθαι.

Lin. 190. κυλίνδεται restituo (cum Riv.) pro κύλινδρος, (ut lin. 197.) sed ἀναλαμβάνεσθαι retineo, pro quo ille habet λαμβάνεται.

Lin. 191. pro ἰσοπαχία ἀλλήλων (Riv. ἰσοπαχία ἀλλάλοις) rescribo ἰσοπαχία ἀλλάλων.

Lin. 191, 192. τὸ μὲν λεῖον, * τὸ δὲ οὔ. (Riv. οὐκ.) Asterismum (qui mendum innuat) deleo; (Non video enim quid hic erratum sit;) ceteraque retineo: sed quæ sequuntur, usque ad lin. 205. mendosa sunt; atque interpretes misere torserunt. Ego sic restituo. Nempe

Lin. 192, 193. pro ἀφήθεινται αὐτὰς ἐπὶ ὄψιας: (Riv. ἀφήθεινται τὰς ὄψιας;) rescribo ἀφήθεινται αὐτῷ τᾶς ὄψιος. Nempe, τᾶς ὄψιος pro τὰς ὄψιας, tum quia uno oculo hic cernitur, tum propter ἀπ' αὐτᾶς quod sequitur: & αὐτοῖς in αὐτῷ utrobique, tum propter sensum,

sensum, tum (post restitutum τᾶς ὄψιος) propter syntaxin: & τίθηται malim pro τίθενται, tum quia κυλίνδρεια est neutrale, tum propter singulare ἀναλαμβάνεται. Sed, cum id necesse non sit, retineo plurale.

Lin. 195. pro ὅς ἐστι, (Riv. ὅς ἐστιν) lego ὡς ἐστιν.

Lin. 196. &c. αἱ μὲν οὖν τοὶ λαφθέντες κυλίνδρεαι λεπτότεραι ἐοῦσαι, (Riv. ἐοῦσα) τᾶς (Riv. τῆς) ὄψιος, περιλαμβάνονται ὑπὸ τᾶς ὄψιος τὸ ἐγγὺς κυλίνδρειον, καὶ ὅρηται (Riv. ὁρῆται, quod est Doricum pro ὁρᾶται) ὑπὸ αὐτᾶς τὸ λευκὸν ἀκρέως (Rivalti MS. αἱ κοκαι) παραπολὺ λεπτοτέρων ἐόντα πάν (Riv. ἐόντι πᾶν,) αἱ δὲ καὶ μὴ παραπολυμερέα (Riv. παραπολυμέρεα) τινὰ τοῦ λευκοῦ ὁρῶνται ἀφ' ἑκατέρας τᾶς ἐγγὺς τᾶς ὄψιος: Locum misere depravatum, atque ab interpretibus minime intellectum, restituo ut vides. Nempe,

Lin. 198. λεπτότεραι, pro λεπτότατα. Et τᾶς pro τῆς.

Lin. 200. pro ὅρηται, rescribo ὁρῆται saltem sic scribendum est, (nisi Dores lenem pro aspirato usurpent.) Calamo ita restitue spiritum asperum, tum hic tum lin. 150.

Lin. 201. αἱ μὲν καί, pro ἀκρέως, vel pro αἱ κόκαι.

Lin. 201. λεπτότεραι ἐοῦσαι, πᾶν, pro λεπτοτέρων ἐόντα πάν. & αἱ δὲ καί, pro αἱ δίκαι.

Lin. 202, 203. παραπολὺ, μέρεα, pro παραπολυμερέα.

Lin. 204. ἐφ' pro ἀφ'. Locusque (ante deploratus) sic restitutus, sensum perspicuum aptumque exhibet.

Lin. 205. κυλινδρίων rescribo pro κυλίνδρων.

Lin. 206. ἐπιβαδίαν restituo, pro ἔπειτα δὲ ἄν, & ὅπως pro πῶς.

Lin. 206, 207. ἐπισκοτεῖν pro ἐπισκότει.

Lin. 210. κυλινδρίων pro κυλίνδρων. Nam cylindrulos hos distinguit à cylindro ante dicto.

Lin. 212. αἱ δὲ repono pro αἰδέ.

Lin. 213. ἐς ἂν pro ἄς ἄν.

Lin. 215, 216. ἐπὶ τὸ κανόνιον repono, pro ἀπὸ τοῦ κανονίου· non enim à Regula, sed super Regulam, elongandus eſt cylindrus, ab oculo.

Lin. 215. ἄντ' pro ἆς.

Ibid. ἐπισκοτέων retineo. Rivaltus, ex MS ſuo, reponit ἐπικρατέων. Sed ego illud malim.

Lin. 218. ἀχθεισᾶν εὐθειᾶν, pro ἀχθεῖσαι εὐθεῖαι.

Lin. 220. pro ἐπιψαυουσῶν, (Riv. ἐπιψαύουσαι,) rebo (quod alibi dici ſoleat) ἐπιψαυουσᾶν.

Lin. 222. τᾶς pro τάς.

Lin. 223. ἐς ἂν pro αἷς ἂν.

Lin. 225. δὴ & οὕτως retineo: pro quibus Rivaltus ſubſtituit δὲ & οὕτω.

Lin. 226. ὀρθᾶς reſcribo (cum Riv.) pro ὀρθάς.

Lin. 227. ἁ ἐν στίγῳ retineo, quamquam vocem hanc apud Lexicographos non reperiam. videtur vocibus στίζω, στιγμὴ & στιγμὸς affinis eſſe, & ſignificare notulam aliquam ſeu crenam in regula factam, quo loco applicabatur oculus. Sin malis; pro ἁ ἐν στίγῳ, non male reſcribas ἁ μᾶν μεῖζον· quæ vox videtur deſiderari, (ut ſequenti ἐλάττων reſpondeat;) & ſic legiſſe videtur Commandinus, ſic ſaltem interpretatur.

Lin. 229. 230. διαιρεθείσας τᾶς ὀρθᾶς reſcribo (cum Riv.) pro διαιρεθεῖσαι τῆς ὀρθῶν.

Lin. 231. ὅτι ἁ retineo. Riv. habet ὅτι καὶ ἁ.

Lin. 232. ἐς ἂν pro ἁ ἴσαι.

Lin. 236. σ retineo. Riv. (preli mendo) habet ς.

Lin. 238. pro δι' ὧν, (Riv. δι' ὧν καὶ ἁ.) reſcribo δείκνυται, (ſenſu poſtulante,) niſi malis δείκνυται ἁ.

Lin. 240. pro χιλιαγωνίῳ reſcribo cum Rivalto χιλιαγώνῳ, quod in ſequentibus ſæpius habetur.

Lin. 241. τῶν reſcribo pro τᾶς.

Lin. 244. καὶ τοῦ ἁλίου ſuppleo; quod excidiſſe ſuadet conſtructionis tenor.

Lin.

Lin. 246. ὀρίζοντα rescribo, pro ὁρίζοντι, (ut lin. 154, 259.) nisi malis hoc Dorici moris esse.

Lin. 247. ἐκβιβλαθῇν retineo. Malim tamen ἐκβλαθῇν, sine reduplicatione; vel ἐκβιβλημένον, ut lin. 243. Non muto tamen, quoniam Dores nonnunquam reduplicationem in Aoristis admittunt, ut ἐκλελαθῶντα apud Theocritum.

Lin. 252. ἄχθωντι retineo: sed malim ἤχθωσαν, cum sit temporis Præteriti: nisi sit pro ἀχθῆτωσαν in Aoristo primo.

Lin. 255, 256, 257. ἐπιψαυόντων, περιόντων, sunt Imperativa Attica pro —ἐτωσαν. Et similiter passim in sequentibus.

Lin. 259. ὀρίζοντα pro ὁρίζοντι, ut lin. 154, 246.

Lin. 260, 261, 264. τᾶν Doricum rescribo pro τῶν, cum sit generis feminini.

Lin. 267. pro ἴσαν γωνίαν ἐστὶ, (in margine αὐτὴ ἡ γωνία ἴση. Rivaltus αὐτὴ γὰρ ἡ γωνία ἐστὶν ἴση,) repono ἴσα γὰρ ἐστὶ, ut quæ simplicior est emendatio.

Lin. 268. ἐς ἂν pro αἷς ἂν.

Lin. 275. χιτ pro χιλ.

Lin. 279. τὰ ζ, pro τᾶ ζ.

Lin. 283. ἴχειν, pro ἴχει & τὰ ζ, pro τῶ ζ.

Lin. 287. pro ἰνδίμω rescribo ἑνδίμω. Nisi quis putet id Dorismum sapere, (Dores enim lenem sæpe habent pro aspirato;) quoniam ἕκτος, ἑκκαίδεκα, reliquaque ab ἕξ deducta, hic fere semper occurrunt cum spiritu leni.

Ibid. post ἐλάσσων ἢ ἑνδίμω μέρει, Rivaltus addit (ex libro de dimensione circuli) μείζονι δὲ ἢ δέκα ἑνδομηκοστομόνοις. Sed eo supplemento non est opus, cùm ad præsentem demonstrationem non faciat.

Ibid. pro τᾶς δὲ, repono ὥς τε; sensu exigente. Rivaltus habet, ἐλάττονα ἄν, pro τᾶς δὲ ἐλάττω.

Lin. 288. ἁ βα rescribo, pro ἢ ἁ βα, deleto ἢ. Nisi malis ἴχειν, pro ἴχει ἢ.

Lin. 289. κεμη male habetur, pro αρμη (virgula sub

sub ea excidente. [illegible] imo itaque suppleas.

Lin. 290, ἢ τᾶς Θx, pro τᾶς Θx ἢ, (transposito ἢ.) sin malis, hoc tempore.

Lin. 295. post μεγέθεων, Rivaltus inserit, ἐν κ. non male; sed nec opus.

Lin. 297. pro αβγ. rescribitur αβν. quia sic habetur lin. 300. sed utrobique rescribendum, σπ. (ut lin. 292, & 302. atque sic recte habet Rivaltus.) Et in Latino similiter. Nam puncta α β non sunt in eo circulo.

Lin. 299. διάμετρος rescribo (cum Riv.) pro γωνία. sensu id exigente.

Lin. 304. τᾶς rescribo pro τᾶ. & ν pro σ.

Lin. 306. τᾶ pro τᾶ.

Lin. 306 307. pro Θx ἐλάττων ἐστὶ τᾶς θς, (Riv. θρ ἐλάττων ἐστὶ τᾶς Θx,) rescribo (quæ simplicior est emendatio) θx ἐκ ἐλάττων ἐστὶ τᾶς Θς. restituo tantum ἐκ pro ".

Lin. 307. συ rescribo pro σν.

Lin. 309. pro τᾶ δτ (Riv. τᾶν δΘ,) rescribo τᾶν δτ.

Lin. 310. ἐστὶ pro ἐστί.

Lin. 310, 312, 314. δκτ. κτ. δτ. retineo. Rivaltus mendose δxθ. xθ. δθ.

Lin. 313, 314. pro καὶ μείζων ἁ ο ρα γωνία περιεχομένα, (Riv. καὶ μείζων ἁ ΘΔx γωνία, περιεχομένα,) lego, καὶ μείζων ἁ Θς ἁ γωνία περιεχομένα. restituta tantum interpunctione, & θ pro ο.

Lin. 314, 316. τᾶν pro τᾶν.

Lin. 319. pro ἁ γὰρ κα. (Riv. ἁ γὰρ καὶ,) rescribo ἁ γὰρ κα. Si autem de Lemmatis hic assumti veritate dubites; demonstratum videas apud Commandinum, & alios.

Ibid. δυᾶν retineo. Sin malis: rescribe δυοῖν, vel δύω.

Lin. 320, 322. αἱ μὲν ἄπειραι, αἱ δὲ ἄπειραι. retineo ut Dorica. Sed malim, ἄπειραι μὲν, ἄπειραι δὲ. vel, αἱ μὲν ἴπειραι. αἱ δὲ ἴπειραι. (ut ἴπειρον, ἴπειρα, lin. 207.)

Nam

Nam ἅτεραι videtur contractum ex αἰ ἅτεραι, ut alterum αἰ redundet.

Lin. 321. τᾶν ὀρθᾶν γωνιᾶν, rescribo, pro τὰν ὀρθὰν γωνίαν.

Ibid. ἴωντι retineo, ut in Aoristo. Rivaltus substituit ἴαντι, tanquam in præsenti: (& sic aliquoties.) Sed perinde est.

Lin. 326, 327. pro τᾶ ὑπὸ τὰν ὀρθὰν γωνίαν ὑποτείνουσαν, (Riv. ἁ ὑπὸ &c.) rescribo τᾶν ὑπὸ τᾶν ὀρθᾶν γωνιᾶν ὑποτεινουσᾶν.

Lin. 329. pro περὶ τὰν ὀρθὰν γωνίαν, rescribo, περὶ τᾶν ὀρθᾶν γωνιᾶν.

Lin. 331, 333, 337, 338, 341, 344. τᾶν pro τῶν.

Lin. 333. θο pro θν.

Lin. 335. ποτὶ τὰ pro ποτὶ τᾶ.

Lin. 343. pro ἃ ἄνω ἀγωνίας (Riv. εἶκα ἁ γωνίας) rescribo ἐσσεῖται ἁ γωνίας.

Lin. 345. δισμύριαι, pro δισμύρια.

Lin. 346. μέρεα, pro μέρος.

Lin. 351. ἐς, pro εἰς. Sed vellem ἐν scriptum; quoniam hic significat *in*.

Lin. 352. τᾶ, pro τάν.

Inter lin. 352. & 353. desunt (preli mendo) hæc verba, -λία διάμετρος. Δῆλον ὦν, ὅτι μείζων ἐστὶν ἁ τοῦ ἁ- Calamo itaque supplenda.

Lin. 362, 363, μείζω repono pro μείζων, & τριακονταπλασίονα pro τριακονταπλασίων, (syntaxi postulante,) nisi malis μείζονα & τριακονταπλασίονα.

Lin. 363, 364. σελήνας repono pro ἑλίνας.

Lin. 365. μείζω pro μείζων.

Lin. 365, 366. σελήνας pro ἑλίνας.

Lin. 372. τῶν retineo. Rivaltus male habet τόν.

Lin. 385. διότι retineo; nisi malis ὅτι.

Lin. 388. 889, 390. pro ὁ καὶ ὡς ὁ τὸ πλεύρεον (Riv. πλευρᾶς ἐόν) καὶ πολυγώνου. ὅτι τοῦ ἑξαγώνου ἐγγεγραμμένου μέρος τοῦ κύκλου ἦν (Commandinus, *cujuslibet circuli diametrum, minorem esse tertia parte ambitus unius-*

cujusque figuræ multorum angulorum in circulo descriptæ, quæ pluribus quam sex lateribus contineatur: quoniam Hexagono in circulo descripto, diameter circuli tertia pars est ambitus ipsius Hexagoni: sensum utcunque aliquem exhibens:) repono ὁ καὶ, ἰσόπλευρον ἐόν, καὶ πολυγωνιώτερον τοῦ ἐξαγώνου, ἐγγεγραμμένον μὲν τοῦ κύκλου ἐόν. (restitutis, ὁ καὶ pro ὁ καί, & ἰσόπλευρον ἐόν pro ἐὰς ὁ ἰσόπλευρον, & πολυγωνιώτερον pro πολυγώνιον, & ἐγγεγραμμένον μὲν τοῦ κύκλου pro ἐγγεγραμμένου μὲν τοῦ κύκλου;) locumque depravatum, & deploratum plane, sic restituo, ut & sensus postulat, & veri quæ supersunt vestigia satis confirmant.

Lin. 395. τᾶς γᾶς repono (cum Rivalto) pro τοῦ κόσμου. Et suppleo, quod deerat, ἐλάττων ἐστί.

Lin. 397. τὰν restituo pro τὴν.

Lin. 399. post σταδίων, habebatur ἐστιν (Riv. ἁμῖν) quod deleo ut redundans.

Lin. 400. suppleo ἐ.

Lin. 403. τριπλασιονα lego pro τριπλασίων.

Lin. 416. pro μείζων repono μᾶζον.

Lin. 418, 419. (& similiter lin. 427, 568, 581, pro μύκηθ⊕ repono μύκων⊕, ut lin. 416, 423, 425, 568. nisi malis (prout hic occurrit) promiscue scribi μύκων⊕ & μύκηθ⊕.

Lin. 419, 420. pro τίτρωκοι τὸ μόριον, repono τετρωκοντομόριον; (quod habetur lin. 575.) Nisi malis τεσσαρακοντομόριον, aut τετρωκοντομόριον, aut etiam τετρωκοντομόριον, vel τετρωκοντομόριον, (ut lin. 428, 569, ut hoc sic Doricum, sicut τέτορες pro τέσσαρες. Vide lin. 428. Habetur autem lin. 788, & 792. τετρωκοντὰς, & lin 823. τεσσαρακοστός. Sed lin. 758. τετρακοστός.

Lin. 422. ἐστι θεν retineo. Riv. ἐστὶ θεῖο. Sed illud magis Doricum.

Lin. 425. κε habetur in utraque editione Græca. Sed credo legendum λε: tum quia Commandinus habet *triginta quinque* (quasi legerit λε,) atque similiter

militer Latina versio antiquior, quæ cum Græco edita est; tum quia, concessionem suam ampliaturus Archimedes, largitur (si velis) *partem quadragesimam* dici, (quod omnino facere conveniret, si fuerit 35;) at, si 25 plusquam spacium digitale implesset, satis esset, si saltem *parte trigesima* non minorem posuisset. Sed utrumvis dicatur, demonstratio pariter procedit.

Lin. 427. μάκωνος rescribo pro μάκωνες, ut lin. 419.

Lin. 428. τετρακισμεγέθεον rescribo pro τετρακισμεγέθεον. Vid. lin. 419.

Lin. 436. pro ἀπελθόντ' ἐς (quæ est vox nihil) rescribo (quia vox commodior non occurrit) ἀποζητεῦντες, (nam ζητεῦν Doricè dicitur pro ζητεῖν.) Et τῶ rescribo pro τὸ, quod irrepsisse credo propter ἐς pro præpositione habitum.

Lin. 439. ἀποδεδειγμένον rescribo (cum Riv.) pro ἀποδεδειγμένων. Hoc autem, si malis, retine.

Lin. 441. ἐς τὸ rescribo pro ἐς τά. Sin malis, hæc retine.

Lin. 444. ἐς τὰς μυρίας rescribo (sensu postulante) pro ἐς τοῖς ποτὶ τάς.

Lin. 446. ἴσων retineo: sed malim ἴσωνπερ, vel ἴσων, ut lin. 474. 535.

Lin. 447. ἐς τὰς μυρίας μυριάδας rescribo pro ἐς τὰν μυρίαν μυριάδων. Quia suspicor τὰν μυρίαν, pro Myriade, non dici. Sin malis, lege, ἐς τ τᾶν μυριᾶν μυριάδων: quæ forte simplicior sit emendatio, (mutatis tantum accentibus & inserto τ,) sed altera formula potior videtur, atque in sequentibus recurrit. Et credo, cum aliquando scriptum fuerit μ^{υ} μ^{υ} (cum hic, tum infra passim,) posteriores librarios, vel fortuito, vel prout ipsis videbatur, terminationes addidisse; ut de mutandis terminationibus non sit cur simus admodum soliciti.

Lin. 449. μυρίαν rescribo pro μυρίαι. Cum enim

distin-

distinguere soleant Grammatici, inter μύριοι, quod pro *Mille* dictum volunt; & μυρίοι, quod pro *Infinitis*: occurrant autem hic μύριαι & μυρίαι promiscue scripta; (quod librariis imputo:) ego μύριαι ubique rescribo.

Lin. 450, 451. pro δευτέρων καὶ ἀριθμῶν τῶν δευτέρων, rescribo (propter similem formulam mox recurrentem (Δευτέρων ἀριθμῶν· καὶ ἀριθμηθήσονται δευτέρων ἀριθμῶν.

Lin. 452. pro καὶ ἕκαστον, (Riv. καὶ αἱ ἀπὸ τῶν,) lego ἀπὸ τῶν. quod habetur, lin. 459.

Lin. 454. pro ἴσαι μυρίων μυριάδων, lego ἐς τὰς μυρίας μυριάδας. Et similiter, in sequentibus, sæpe, ἐς τὰς pro ἴσαι, ut lin. 461, 469, 487, 492.

Lin. 457, 458. pro ἀριθμηθῆναι τῶν, lego ἀριθμηθήσονται.

Lin. 458. pro τριῶν, restituo (cum Riv.) τρίτων.

Lin. 461. pro ἴσαι μυρίαι μυριάδες, (Riv. μυριάδων,) repono ἐς τὰς μυρίας μυριάδας. Idque audacius facio, (& hic, & in sequentibus aliquoties,) tum quod ἐς ea constructione aliquoties occurrat, (ut lin. 441, 444, 446;) tum quod ἴσαι non bene congruat cum μύριαι μυριάδες; tum quia μυρίαι scril itur, (qui est accentus vocis μυρίας) non μύριαι; tum quod forte olim scriptum fuerit μυ μυν, librariique terminationes perperam addiderint; tum maxime, quia tantilla mutatione sensus multo commodiùs fluir.

Lin. 468. pro ἔχοντες repono (Imperativum Atticum, hic frequentem) ἐχόντων· quod infra recurrit, lin. 486. Sin malis, retine.

Lin. 469. ἐς τὰς, pro ἴσαι· & μυριακισμυριοστῶν (conjunctim) pro μυριάκις μυριοστῶν.

Lin. 470. μυρίας μυριάδας, pro μυρίαι μυριάδες.

Ibid. Ἀποχρέωντι retineo, (tum quia modus Subjunctivus satis conveniat, tum quia Dores eo soleant uti pro Indicativo.) Riv. substituit ἀποχρέοντι.

Lin.

Lin. 473. Ἔξεστι δέ. Hic transitus est, à *Numeris*, quos vocat, ad *Periodos*; hoc est, à *locorum Octadibus*, ad *Octadum Periodos*, (quorum quælibet contineat, Octadum, myriadem myriadum.) Quod cum non animadverterit Rivaltus, neque Latinus Interpres vetustior; sed neque (quod magis miror) Commandinus ipse, (nec, quos vidi, Interpretum quivis alius;) idem hic porro fusius proponi putantes, quod ante dictum fuerat; versiones suas admodum perplexas reddiderunt, nec loci scopum assecuti sunt. Et quidem Commandinus, cum sensa sua utcunque exposuerat (ad Notam V.) *Hæc sunt*, inquit, *nisi me fallit animus, in quibus dictorum Archimedis summa consistit: sed adeo sunt depravata, ut merito ignoscendum si non omnia restituantur.* Et quidem eo perplexiora ipsi apparuerunt omnia, quod hunc transitum non animadverterit; *Numeros* & *Periodos* pro eodem habens: ut & alii omnes.

L. 475. πρώτας rescribo (formâ Doricâ) pro πρώτης.

Lin. 476. πρώτας restituo, quod exciderat.

Lin. 480, 481. suppleo (quod exciderat) πρώταν ἀριθμῶν, μονάδας καλέεσθαι, τᾶς δ' ἀντίεχος περιόδου.

Lin. 487. pro ἔσται, lego ἐς τὰς (saltem sic scriptum vellem; non, ἐς τᾶς,) & μυριακισμυριοστᾶν pro μυριάκις μυριοστᾶν.

Lin. 488. μυρίας μυριάδας, pro μυρίαι μυριάδες:

Lin. 489. ἔσχατος ἀριθμὸς τᾶς retineo. Riv. (nescio quare) extrito ἀριθμός, legit ἔσχατος καὶ τᾶς.

Lin. 492, 493, 494 pro ἔσται μυριάκις μυριοστᾶς περιόδου μυριάκις μυριοστᾶν ἀριθμῶν μυρίαι μυριάδες, rescribo ἐς τὰς, μυριακισμυριοστᾶς περιόδου, μυριακισμυριοστᾶν ἀριθμῶν μυρίας μυριάδας.

Lin. 495. ὄντας retineo, Riv. substituit ὄντα.

Ibid. pro κατονομασμένων, rescribo (cum Riv.) κατωνομασμένων. prout habetur, lin. 10.

Lin. 496. ἐόντι retineo. Riv. ἔοντι.

Lin. 496, 497. pro ἀναλόγον, Riv. ἀνάλογον, (& sic

sic semper,) lego disjunctim ἀνὰ λόγον. Sic enim apud Euclidem, & apud Archimedem alibi, scribi solet.

Lin. 497. pro ἑξηςκείμενοι, lego (cum Riv.) ἑξῆς κείμενοι.

Lin. 498. pro ἢ ὀκτὼ ἐστίν, (Riv. ἢ ὀκτὼ ἐστιν,) lego ἐντι. εἰ ὀκτώ.

Lin. 502. pro χιλιομύριοι, lego χιλιομυριάδων, ut lin. 500, 504. & alibi.

Lin. 506. pro αἱ μυρ (Riv. τοῖς μυρ) lego ὁ μυρ.

Lin. 520. pro ἑξοῦν, (Riv. ἑξοῦντι,) lego ἑξοῦντι quod est Futurum Doricum ab ἔχω. Atque ea significatione occurrit, quam respiciunt ἑξῆς & ἐχόμενοι, quæ conjunctionem, seu continuam consecutionem innuunt; atque sic ἑξῆς κείμενος, lin. 497.

Lin. 524. ἰόντων retineo, nisi malis ὄντων, ut lin. 543.

Lin. 526. pro ὅπων ὁμοίων, rescribo (sensu id exigente) ὁ γενόμενος, quod liquet ex lin. 538, 550, 613. &c.

Lin. 528 pro μυρ ἐν, rescribo μείζονος.

Lin. 533. pro ὡς rescribo ἐς, ut lin. 556, 618. nisi malis ὅσος ut lin. 529, 560. 541, 553, 558, 560.

Lin. 535. 536. ἴσαν γὰρ ἀριθμοί τινες ἀνὰ λόγον, retineo. Riv. reponit ἴσωσιν γὰρ ἀριθμοί τινες ἀνάλογον. sed mutato non est opus.

Lin. 539. pro χλ. rescribo χ.

Lin. 539 540. pro ὁ ἐκ τῶν, rescribo ὁ ἐκ τᾶς αὐτᾶς.

Lin. 540. pro φλ (Riv. θλ) rescribo λ.

Lin. 542. pro ἴσως, lego ἴσος & sic Riv.

Lin. 543. ἀνὰ λόγον rescribo, pro ἀνάλογον, Riv. ἀνάλογον.

Lin. 544. pro ἴσον ἴσως, lego ἴσοι, quod habetur lin. 552. sin malis, ἴσως, vel (quod malim) ἴσος, aut etiam τοσαῦτος, ut lin. 541. At certe non utrumque ἴσον ἴσως; quorum alterum redundat.

Lin. 545. τὸν αὐτὸν (cum Riv.) lego, pro τὸ αὐτὸν, syntaxi id exigente.

Lin.

Lin. 550. ſuppleo αὐτᾶς.

Lin. 560. ἐντὶ reſtituo (cum Riv.) pro ἐπὶ, ſenſu poſtulante. Et

Lin. 561. τοσοῦτοι pro τοσούτοις.

Lin. 568. μόνακος reſcribo pro μόνκορος, ut lin. 418.

Lin. 569. πενταχοσιομύριον (quod ſequitur lin. 575.) reſcribo pro πενταχοσιομύριον, ut lin. 419, 428.

Lin. 572. ἑξακισμυρίας reſcribo pro ἑξακισμυρίας. Rivaltus disjunctim habet ἑξάκις μυρίας καὶ πεντάκις χιλίας. Et ſimiliter lin. 586.

Lin. 578. τετραπλάσιον retineo, (quoniam hic, ſive ex Authoris animo, ſive librariorum culpa, τετραπλάσιος & τετραπλασίων, aliaque ad eandem formam, promiſcue uſurpantur, ut ut apud Euclidem diverſimode ſignificent;) ſed malim τετραπλασίονα.

Ibid. ἔχοντα retineo. Riv. habet ἔχοντι. Sed ἀλλάλας reſtituo (cum Riv.) pro ἀλλάλαν.

Lin. 579. τὰν διαμέτρων retineo; pro quo Riv. perperam habet τὰν διάμετρον.

Lin. 581. μόνακος reſcribo (ut alibi) pro μόνκορος.

Lin. 582. μείζονα repono pro μεῖζον.

Lin. 584. δακτυλιαίων retineo. Riv. (neſcio quare) habet δακτυλιαῖων.

Ibid. ante διάμετρον, reſtitue ſi placet τὰν, quod hic per incuriam excidit.

Lin. 585. pro μείζον καιν, reſtituo μείζων καὶ ἦν.

Lin. 586. ἑξ— repono pro ἐξ—

Lin. 588. pro ἀριθμὸς, reſtituο ς, ſenarii numeri notam. Vid. lin. 28.

Lin. 591. pro μυριάδες, reſcribo (cum Riv.) μονάδες, ſenſu id exigente.

Lin. 595. pro δακτυλιαίμες (Riv. δακτυλιαῖων) reſcribo δακτυλιαίαν. Et τὰν pro τὸν.

Lin. 596. pro ἔφη, reſcribo ἐντὶ. Sin malis, utrumque dele: redundat enim.

Lin.

Lin. 597. τετραπλάσιον retineo (ut supra lin. 578.) sed malim τετραπλασίονα· & suppleo (cum Rivalto) λόγῳ.

Lin. 598. ἀ πολλᾶς rescribo pro ἀπολλαν· &c. pro τὰν διάμετρον τᾶς σφαίρας, rescribo τᾶν διαμέτρων τᾶς σφαίρας.

Lin. 600. πολυπλασίονα rescribo (cum Riv.) pro πολυπλασιότη.

Lin. 604, 605. pro πολλαπλασιασθήσεται τᾶν δεκαμυριάδων, (Riv. πολλαπλασιασθήσεται τὸν δέκα μυριάδων,) rescribo πολλαπλασιασθησοῦν τᾶν δέκα μυριάδων.

Lin. 607. ἐντι rescribo pro ἐστί.

Lin. 609. ἀνὰ λόγον, pro ἀνάλογον.

